

SYNOPSIS

RESIDUA

THEOLOGICÆ PRACTICÆ TRIPARTITÆ

AD

QUATUOR TRACTATUS
DOGMATICO-PRACTICOS

EXACTA

A LUDOVICO WAGENMANN

Theol. Doctore.



COLONIÆ MUNATIANÆ,

—
M DCC LXXV.



AP

Perlegimus
lum, cui
se Tripartite
l. D. Lu v
hitate Lycee
ce Professor
cum nihil,
tetegamus,
do, claritate
mus, hinc
logia Candi
mandari po

Datum
die decima



APPROBATIO.

Perlegimus cum debita attentione Opusculum, cui titulus: *Synopsis residua Theologiae Tripartitæ &c.* à dilecto nobis in Christo R. D. LUDOVICO WAGENMANN in hujate Lyceo Theologiæ Dogmaticæ Practicæ Professore publico compositum, in quo, cum nihil, quod Fidei orthodoxæ repugnet, detegamus, imo cuncta cum tanta methodo, claritate & soliditate disposita inveniamus, hinc jure merito ad maximam Theologiæ Candidatorum utilitatem illud typis mandari posse censemus.

Datum *Solodori*
die decima sexta Augusti
1774.


HIERONYMUS LEONTIUS
de Sury de Buffy Regiæ Collegiæ
Ecclesiæ ad SS. Ursam & Victorem
Præpositus, nec non Reverendissimi
ac Celsissimi Episcopi ac Comitum Lau-
sanensis in Spiritualibus Vicarius Ge-
neralis.

INGRES.

INGRESSUS.

Consilium hujus Opusculi paucis habe, amice Lector!
Cum *Theologia Scholastica* universa duas in partes divisa sit, & hodie pluribus in locis ad annos pauciores redacta, atque alicubi geminos inter Professores ad prælegendum distributa, quorum alter *Dogmatico-Speculativam* tradat, alter *Dogmatico-Practicam*, consultum mihi admodum visum est, ut hanc *Dogmatico-Practicam Morali Tripartita* adjungerem, eamque in Synopsin modernæ ætati præoptatam redigerem, maxime quod liber, alias prælegi solitus, nimis quam prolixam hanc partem ediderit. Complectar itaque hoc exiguo Opere *quatuor Tractatus practicos*, videlicet 1. de Actibus humanis. 2. De Legibus & Justitia. 3. De Sacramentis in Genere & denique in Specie, ea per transennam attacturus, quæ fusiis *Theologia Moralis Tripartita* pertractat. Initium dabit *finis hominis* seu Beatitudo, ad quam omnis creatura rationalis tacita voce instinctus naturalis perurgetur; & quia primus est in intentione, ultimus in executione finis intentus, sequentur *impedimenta* tollenda, scilicet ignorantiam, peccata & libertatis defectum; tum ad *adjumenta* progrediar, Legem nempe, & Sacramenta &c. non omisurus hinc inde, quæ difficiliorem praxin concernunt. Omnia subjicio cum primis S. Mat. Ecclesiæ, tum tuo, Lector Benevole! judicio. Vale. Ad rem progredior.

Index



Index Materiarum.


<i>Absolutio quando differenda ?</i>	Num. marg.	109
<i>Actus humani œconomia</i>	- - -	I
<i>Character Sacramentorum</i>	- - -	61
<i>Circumstantie quando exponenda ?</i>	-	105
<i>Confirmationis materia proxima</i>	- -	57
<i>Consuetudo contra legem prævalens</i>	-	39
<i>Continentia Clericorum</i>	- - -	110
<i>Contritio perfecta</i>	- - -	82
<i>Differentia peccatorum</i>	- - -	II. & 15
<i>Eucharistiæ veritas &c.</i>	- - -	65
<i>Fides ministri Sacramenti</i>	- - -	47
<i>Finis hominis</i>	- - -	I
<i>Forma Baptismi</i>	- - -	54
<i>Genius hereticorum</i>	- - -	119
<i>Hereses contra Sacramenta</i>	- - -	40
<i>Ignorantia Juris Naturæ</i>	- - -	6
<i>Indulgentiæ vis & veritas</i>	- - -	101
<i>Indifferens actus</i>	- - -	14
<i>Irregularitas</i>	- - -	111
<i>Lex Evangelica quando cæperit</i>	- - -	28
— humana	- - -	36
— localis an evitanda ?	- - -	79
— Naturæ	- - -	23
— hujus criterium	- - -	26
<i>Libellus repudiï</i>	- - -	118
<i>Libertas arbitrii</i>	- - -	16

Liber-

<i>Libertas ad merendum &c.</i>	-	-	18
<i>Matrimonii natura &c.</i>	-	-	113
<i>Metus</i>	-	-	20
<i>Minister penitentia</i>	-	-	94
<i>Ordinis materia proxima</i>	-	-	59
<i>Pedobaptismus</i>	-	-	52
<i>Peccatorum judicia</i>	-	15. &	106
<i>Penitentia extra -- in Sacramento &c.</i>	-	-	80
<i>Polygamia</i>	-	-	118
<i>Principia generalia Theol.</i>	-	-	5
<i>Privilegii vis quanta?</i>	-	-	39
<i>Probabilitas opinionum</i>	-	-	21
<i>Reservatio peccatorum</i>	-	-	98
<i>Sacrificium Misse</i>	-	-	74
<i>Sacramentorum materia &c. Græcorum</i>			40
- - - - - mutatio & numerus	-	43.	42
<i>Sententia Judicis an Lex?</i>	-	-	39
<i>Verba an concionatoria?</i>	-	-	51
<i>Voluntas præsumpta</i>	-	-	53
<i>Usus approbationis qualis?</i>	-	-	107
- - Jurisdictionis?	-	-	108
- - reservatorum solvendorum	-	-	100
- - Sacramenti Eucharistia?	-	-	78

O. A. M. D. G.

78
113
20
94
59
52
106
80
118
5
39
21
98
74
40
12
39
51
53
107
108
100
78



De Actibus Humanis.

Q. I. Theorico - Practica.

Quis sit finis & que media hominis ?

Not. *Finis est primum in intentione, & ultimum in executione, est parcœmia civitate jamdiu ubique donata; ad hunc tendit homo per aclus humanos tanquam media, hoc est, per aclus voluntarie & libere positos cum advertentia ad honestatem, quam detegit conscientia. Oeconomia sic se habet.*

1. *Omnis aclus humano modo positus fit propter finem.* 2. *Finis à voluntate intentus semper est aliquod bonum vel verum vel apparens; neque enim malum sub ratione mali appetit ab intellectu directa & beatitudinis cupida voluntas.* 3. *Bonum in actu morali est honestas, malum inhonestas, ut distincta à bono utili & sensibili.* 4. *Honestas regulatur à lege æterna Dei saltem implicite intimata per conscientiam.* 5. *Hæc conscientia est prævium judicium de licentia vel non licentia actionis ponendæ, quæ proin legem Dei ceu ultimatam regulam honestatis objectivam agere volenti applicat, & simul ipsa est regula proxima subjectiva honestatis.* 6. *Si conscientia applicat legem Dei certam, est conscientia certa, & superaddit judicium practicum seu dictamen ultimum saltem respectivè moraliter certum; si applicat legem Dei*

A probabi-

probabiliter existentem, dicitur *conscientia probabilis*, & recurrit ad alia principia extrinseca seu reflexa, ut superaddere possit iudicium practicum & dictamen ultimum moraliter certum, e. g. *Lex non satis promulgata non obligat, in dubio libertas est in possessione* &c. Si errore decipitur, erit *conscientia erronea*, si inani metu peccati obruitur, vocatur *conscientia scrupulosa*, quarum prior deberet deponi, hæc ultima contemni; denique si conscientia obligationem & libertatem, peccatum & licentiam omnino æqualiter homini proponit, ut in neutram partem ferre iudicium queat intellectus, aut si dubium cadat in aliquid distinctum à *Lege permittente* aut prohibente actionem seu *licitia* actionis e. g. in *valorem actus, tempus obligationis jam inchoatæ vel finitæ, factum proprium vel alienum* &c. erit *conscientia dubia* non confundenda cum conscientia probabilis. Quæ omnia, cum sint maximi momenti, pro meliori captu exemplo declarantur. e. g. *Sexagenarius* positus inter desiderium salutis & difficultatem jejunii servandi indagat, an tutâ conscientia eximere se possit à L. jejunii &c.

2. *Not. 2.* Quæstiones sunt triplicis generis, quibus homo in suis actibus ad finem ultimum tendit.
1. *Dogmaticæ*, quæ materias fide Divina credendas tractant, e. g. de libertate indifferentiæ, Lege N. introducta, & V. abrogata, numero Sacramentorum &c.
 2. *Speculativa*, quæ principia generalia agibilia examinant, e. g. de fine ultimo hominis seu beatitudine supernaturali, selectu opinionum probabilium, Jure Naturæ & positivo concernente legem ferendam, præscriptionem, restitutionem &c.
 3. *Practica*, quæ principia generalia applicant praxi, e. g. principia religionis Breviario bene-

beneficiatorum obligationibus ; principia legis per consuetudinem introductæ jejuniis, naturam Sacramentorum administrationi &c. Jam

Dico 1. *Finis ultimus est beatitudo aeterna habenda per possessionem Dei supernaturalem*, ut adeo Deus sit *beatitudo objectiva* ut terminus, possessio Dei *integraliter* saltem consistens in visione Dei, amore fruitivo Ejusdem, & utriusque perpetuitate cognita sit *beatitudo formalis*, reliqua bona gloriæ sint effectus & *consequentia* ad hanc beatitudinem formalem. 3.

Rat. 1. Homo tendit ad *beatitudinem veram*, plene satiatiivam appetitus innati, ut experimentaliter notum est : alia beatitudo vera non datur, quam Deus ut possessus ab homine : ergo &c. *p. m.* Ex una parte *Scriptura*, *experientia*, & *ratio* probat, quod bona terrena insufficientia sint, utpote vana & finita, ad explendum appetitum capacitatis infinitæ, ex altera habet Deus, quidquid ad satiandum hunc appetitum requiri potest, cum sit *bonum summum* in linea veri & boni delectabilis, *ultimum*, ad quod omnia referantur, & ipsum non ordinetur ulterius, *stabile*, quod nulum jacturæ metum secum trahat, qui, quo majus est bonum possessum, eo miseriorem faceret possidentem, & *obtinibile*, secus appetitus innatus foret frustraneus, qui ideo damnatos miseros facit : unde omnia alia ab Ecclesiaste & Davide vanitates appellantur, quæ vel sunt extra hominem, vel eundem in usu destituunt vel affligunt. *Rat. 2.* *Beatitudo formalis* est ipsa applicatio objecti beatificantis seu possessio beatitudinis objectivæ scil. Dei : sed hæc saltem integraliter habetur per tres actus, *visionis*, quod ad intellectum,

amoris, quod ad voluntatem, & *gaudii*, quod ceu actus reflexus in possessionem ejusque securitatem ad satiandum desiderium pertinet: *p. m.* sic applicatur objectum, applicatur intime, applicatur per potentias maxime capaces beatitudinis: ergo

4. Dices (1. *cum Quietistis*, homo non debet tendere ad beatitudinem suam, cum possit quiescere in amore desinenterato; imo est inordinatum, Deum referre ulterius ad suum bonum per amorem concupiscentiæ. (2. *Cum Epicureis*, bona creata fatiant perfecte appetitum: *p. a.* Bona omnia sunt infinita: ergo licet appetitus dicatur infinitus in appetendo, satiari potest per omnia. (3. *Cum Philosophis*, capacitas hominis est tantum finita: *p. a.* Tanta est capacitas, quantum est subjectum & actus illius: sed hæc sunt finita. (4. *Cum Naturalistis*, beatitudo debet esse bonum creatum, & obtineri posse per vires naturæ; sed visio Dei &c. non potest. *p. M.* Appetitus ad illam est innatus, ergo non appetit objectum extra suam spheram, & per media à se non ponibilia. (5. *Cum Henrico Gandavensi* & *Joanne de Ripa*, beatitudo consistit in ipso amore essentiali identificato cum ipso Deo, qui amando illabitur in essentiam beati, sicque hunc sua propria essentia divina beatum efficit, fere sicut apud Novatores ipsa justitia Christi in se hominem justum efficit, vel in ipsa visione Dei increata, quæ communicata creaturæ in individuo eam beatam facit. (6. *Cum Boëtio*, beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus: sed Deus non est hujusmodi, *e. g.* non est pulchritudo & impassibilitas corporis, bonum amicitia cum fociis, non est augmentum gloriæ, quod homo beatus magis appetit, quam homo in via, qui

qui illius noticiam exiguam habet; (7. cum *Tboni-*
stis beatitudo consistit in sola visione, cum *Scotistis*
 in solo amore, cum *recentioribus* in utroque solo &c.

R. n. a. hunc finem tenetur aliquoties appetere actu *formali*, ad hunc tendere *implicite* per actus ad illum deducentes, & nunquam excludere *ab habitu spei*. *Non est inordinatum* appetere Deum ut bonum appetenti, quia Deus sic est finis *ultimus qui*, quia appetitus hic est Deo *honorificus*, cum ordinetur ut bonum perfectivum ad creaturam perfectibilem, sicut aurum ad deaurandum inferius metallum, quia hic amor concupiscentiæ *refertur* rursus per amorem benevolentiae in Deum, cum beatus felicitatem suam referat ad gloriam Dei. *Ad 2. n. a.] ad prob. d. a.* Sunt infinita in statu mere intentionali, *objectivo*, & *collective sumpta C. a.* in reali, & seorsim possidenda *n. a.* simul non possunt possideri, & si etiam omnia simul possiderentur, superesset tamen adhuc *aliud majus*, ad quod illa omnia referrentur. *Ad 3. d. a.* Capacitas est tantum finita *in se subjective C. a.* in termino appetendo & objective, quia inter omne verum & bonum etiam est Deus infinitus *n. a.* & *ad prob.* tanta est capacitas in possessione subjectiva, quantus actus, seu modus possidendi *C. a.* in re possidenda *n. a.* *Ad 4. n. a.* universim, si enim aliunde suppeditentur appetitui *media supernaturalia* & accedat gratuita *elevatio*, appetendo bonum plene beatificans, appetit etiam supernalem, quod est solum extra sphaeram appetitus naturalis non elevati, nec adjuti mediis supernaturalibus. *Ad 5. n. a.* quia beatificatio fit per actum *vitalem* & *inmanentem* ipsius beati, sicut haeres fit per acquisitum jus proprietatis in bona testatoris. *Ad 6. d. a.* Haec est definitio beatitudinis plene & etiam quoad bona

bona *secundaria integraliter* acceptæ C. a. *integraliter* quoad bona solum *primaria spectatæ n. a. ad 7.* est opus speculatione inutili de *primario* objecto essentiali. Patet, quod beati possint etiam intendere alios fines *secundarios, e. g. benefacere hominibus, moveri de loco in locum &c.*

5. Dico 2. *Principia generalia directiva Theologica pro ratione materiarum diversa sunt.* Adducere quædam proderit. (1. *Non omnia, quæ Ecclesia ut certa proponit, fide Divina credenda proponit;* partim quia *damnando* propositiones ut temerarias, scandalosas &c. exigit solum, ut ejus decisio habeatur ut absolute certa, non ut fide Divina credatur; partim quia non omnia deducit immediate ex verbo scripto, vel tradito, e. g. quod Bulla Urbani VIII. *In Eminentissimi* non sit subreptitia al. 8. quod non evitetur obligatio denuntiandi sollicitantem, si sollicitatus confiteatur sollicitanti, al. 7. &c. sunt autem Anno 1665 & 1666. ab Alex. VII. damnatæ 45. ab Innoc. XI. anno 1679. 65. prout jacent, ab Alex. VIII. anno 1699. 33. quas Bruno Neusser ab Ep. Mechlinensi missus à Jansenianis traditas ad Alexandrum fere omnes detulit. Imo Pontifex potest quandoque uti potestate non infallibilitatis, sed jurisdictionis tantum, vel Oeconomix, potest loqui ut caput communitatis, vel congregationis, e. g. S. Officii, quæ bene Cardenas discussit in prop. 1. Innoc. (2. *Propositio dogmatica ab Ecclesia acceptata habet eandem infallibilitatem, sive in Concilio sive extra Concilium.* Quare irrita & illicita est in hac re appellatio ad Concilium generale. Hæc prop. est contra de La Milletiere, qui L. *le Pacifique véritable* solam in Conciliis veritatem Vicario Christi tribuit, quasi assistentia Sp.S. loco alligaretur, contra Euseb. Amort, qui

qui *L. de turbis Gallia* Ecclesiae dispersae aliquam, sed minorem infallibilitatem tribuit, quam collectae, sed male; quippe si loquentem per Ecclesiam Deum agnoscit, eandem meretur veritatis notam. hoc contra appellantes quatuor, scil. Pelagianos sac. 4. Michaëliem Cæsenatem sac. 14. Lutherum sac. 16. & Jansenianos sac. 17. (3. *Licet saepe actus aliquis sit melior, quam non ipse, non tamen semper ejus obligatio est melior ipsa, quam non ipsa.* e. g. Melius est omnia ad Deum referre per charitatem, obligatio tamen hoc faciendi foret noxia, cum ejus observantia praesumi ab humana fragilitate ordine nequeat, & ferviret magis multiplicationi peccatorum; ita sentit S.Th. quodlib. 9. a. 15. *Quando de peccato inducendo agitur, difficulter deciditur, nisi expressa veritas habeatur.* & S. Bonav. tr. 7. L. 2. c. 52. qui inter duo extrema reprehensibilia conscientiae nimis strictae & nimis laxae meliorem tamen ait esse *laxam, quae saepe salvat damnandum, quam strictam, quae damnat salvandum.* Regulam hanc applicant contra Steyartium &c. recentiores actui indifferenti, probabilistae probabilismo, cujus Epocha proprie annus 1577. sub Medina. Domin. persecutio 1656. sub Lud. Montaltio seu Blas. Paschal. & Wilh. Wendrockio seu Pet. Nicole per literas Provinciales &c. (4. *Res per consuetudinem nata ad consuetudinem interpretanda est: quibus enim res nascitur, iisdem conservatur, habet regula Juris ex legislatoribus desumpta, vel Brocardicon à Doctoribus collectum.* Applicant explicandae obligationi jejunii in multis locis diversae, recitationi Breviarii privatae & publicae, observationi festorum, ubi per usum vel non usum, vel usum contrarium introducta varietas. (5. *Leges, quae in uniformitate potissimum fundantur, non semper violantur graviter, nisi per plures transgressiones.*

gressiones. Applicant mutationi unius Breviarii in alterum ordinarium, absentiae in choro, rubricis communioribus &c. quia notabilis difformitas uno alterove actu raro inducitur. (6. *Sicut contractus ex conventionem legem accipiunt, ita non operantur ultra eorum intentionem.* Applicatur votis, quæ non ligant in difficultate, quæ si initio cognita abstererent communiter homines à vovendo, *contractibus*, qui ad casus fortuitos præstandos non obligant, nisi expresse conveniatur: *ficta promissio* sponsalium aut matrimonii ex se non ligat, nec maritus debet sequi suam uxorem, nisi expresse hoc matrimonio addat contra cursum ordinarium: *Depositarius* potest se obligare ad culpam levem præstandam, & *mandatarius* ad latam &c. (7. *Prior tempore potior jure locum habet apud hypothecarium in processu edictali, incuntem sponsalia aut emptorem equi, nisi secundo contractui traditio & jus in re prævalens accedat; provisum in beneficio ante alios.* (8. *Authoritas Doctorum, ubi ne authoritas irrefragabilis Ecclesie, nec evidens ratio in contrarium postea detegitur, est maxime auctoritatis, cum ipsa Ecclesia eorum opinionibus sæpe utatur, & juxta Palao ob externam Providentiae assistentiam impossibile sit, ut omnes errent, & ipse Urbanus VIII. ad dubia ad eum delata responderit: mentem suam juxta prudentum Theologorum judicium intelligendam esse.* *Applicatio: Clerici sunt veri domini reddituum beneficalium: ita 100. apud P. Diesbach. Confessarius non tenetur monere pœnitentem de restitutione ignorata, si non appareat spes profectus. ita 56. in collectan. Tabernæ. Circumstantias solum aggravantes; non tenemur confiteri. ita 72. apud Vivam & Ligorium.*

Q. 2. Dogmatico - Practica.

An & qualis detur Ignorantia Juris
Naturæ?

Not. Priori sæculo erat frequens error in hac re: *Non datur ignorantia Juris Naturæ: ergo quoties peccatur contra legem naturalem, semper peccatur formaliter, hoc est, scienter & culpabiliter.* Ita Van Espen, Contenson Sacile Maistre, Daelman. 2. *Janseniani* è converso ita dicebant: *Datur ignorantia Juris Naturæ, non tamen excusat à peccato formaliter culpabili; quia hæc ignorantia est pœna peccati originalis, & actus est satis ad peccatum damnabile liber in causa culpabili seu peccato originali.* Ita Jansenius *de statu nat. laps. l. 2. c. 2.* Sinnichius in *L. Saul Rex. c. 96.* Pet. Nicole *in fin. ep. 5. Montalt. 3.* alii antiquiores apud Vasquez docebant, etiam *Jus divinum positivum* invincibiliter ignorari non posse, cui tamen repugnat Ecclesia per Pium V. definiens contra Bajum, *infidelitatem negativam in iis, quibus Christus non est prædicatus, non esse peccatum.* Porro Leges Naturæ possunt versari vel circa principia generalissima Juris Naturæ: *malum est fugiendum: Deus colendus: quod tibi non vis fieri &c.* vel media, quæ ex primis principiis aperte deducuntur: *non occides: non furaberis, vel remota, quæ primum discursu longiore ex illis derivantur: licet defendere sua etiam occisione injusti invasoris, si aliter servari nequeant: dubius, an debitum solverit, tenetur adhuc ad solutionem &c.*

Dico: *Dari potest ignorantia Juris Naturæ circa præcepta mediate primum per discursum à*

primis principiis deducta. 2. Et hac excusat à peccato. seu: datur aliqua ignorantia Legis Naturæ invincibilis simul & inculpabilis.

Rat. 1. part. Quod factum sæpe, fieri potest: ergo quia ejusmodi ignorantia sæpe data est, dari potest. Certe 1. multi credebant mendacium esse licitum ad evitandas discordias vel salvandam vitam cum Cassiano. 2. S. Thom. docuit, Judicem posse damnare, quos privatim scit innocentes, sed per allegata reos, non teneri lapsum statim ad pœnitentiam; S. Bonavent. negat. 3. Non pauci dicebant, invasum ab injusto aggressore vitæ teneri fugere, si fuga licet ignominiosa salvare vitam possit, hoc tamen negant 104. Doctores apud vindicem Gobati Et Tabernæ. 4. Alii: non licere, etiam servato moderamine, ob bona etfi magni momenti temporalia conservanda occidere furem, & tamen hoc defendunt 101 Doctores apud vind. Gob. 5. Durandus & Caramuel fornicationem Jure Naturæ licitam asserabant, alii ufuram, adulterium uxoris consentiente marito modernus Jurista; cum tamen Innoc. XI. prop. 48. Aug. & Th. 2. q. 153. a 5. & ipse Paulus inter Gentiles Gal. 5. & 1. Cor. 6. damnabilem dicat, quod inducat cæcitatem rationis, tædium æternorum, vim effrænam concupiscentiæ oppositam oneribus & bono matrimonii &c. dein scientia totius Legis Naturalis non debetur homini, cum non sit necessaria ad salutem, nec ad vitandum peccatum formale,

Rat. 2. p. Alex. VIII. damnavit hanc 2. tametsi detur ignorantia invincibilis Juris Naturæ, hac in statu naturæ lapsæ operantem ex ipsa non excusat à peccato formali. Jam vel sumitur in sensu docentium

docentium hanc doctrinam? vel in dialectico, dicit: *vel non datur ignorantia, vel si datur, non excusat à peccato. cui contradicit affirmativa: Et datur, Et excusat à peccato.* 2. Ignorantia invincibilis tollit *voluntarium*, quod exigit cognitionem ejus, quod dicitur voluntarium. sed involuntarium excusat à peccato: Aug. L. de vera relig. c. 4. *Nullo modo est peccatum, quod non est voluntarium, Et hoc ita manifestum est, ut nulla doctorum paucitas, nulla indoctorum turba dissentiat.* 3. Si esset peccatum, quod ignoranter facit homo, *Deus præciperet impossibilia*, necessario peccatis se exponeret *Consiliarius, Doctor, Judex*, qui multa ignorare posset, & tamen peccaret &c. hos autem, qui docere contra Legem Naturæ aliqua hactenus, arguere negligentia in inquirendo, est nimium, cum tota Schola Thomistica doceat plura Scotistica contraria. 4. Vel in probabilibus tenemur *sempertutiores sequi*, vel non? quidquid dicatur, supponitur semper ignorantia; certe Alex. VIII. damnavit prop. ut eas detulit Bruno Neusser, & docebantur in Belgio, sed docebatur in Belgio utrumque, quod non detur ignorantia Juris Naturæ invincibilis, & quod hæc non excusat à peccato.

Dices contra primam part. Non datur ignorantia Juris Naturæ. p. a. 1. *Christus illuminat omnem hominem Jo. 1. & promisit: Spiritus S. docebit vos omnia.* 2. *Deus debet dare notitiam Legis Naturæ, aliter natura humana esset defectuosa.* 3. *Deus actu dedit notitiam, ipsa enim natura horret, si qua fiunt contra leges illius; & Deus necessario obligat ad illam, homo vero tenetur eam observare: ergo & scire.* 4. *Omnis ignorantia de facto est vincibilis; facienti, quod est in se,*

8.

se, oranti &c. Deus non denegat gratiam; 5. *sequeretur*, quod melior foret conditio ignorantis, quam scientis, cum non teneretur lege, nec peccaret; imo prætextu ignorantiae possent omnia scelera palliari. certe S. Th. quodlib. 3 q. 5. a. 2. ait: *Qui sequitur erroneam opinionem Magistri, peccat.* R. *n. a.* ad 1. *d. a.* illuminat in iis, quæ sunt necessaria *necessitate mediæ* vel salutis *C. a.* in aliis necessario *n. a.* promissio doctrinæ Sp. S. directa est ad Apostolos pro prædicatione N. L. *Ad 2. d. a.* *esset positive* defectuosa, & defectu redundante in Deum *n. a. negative*, in quantum non est perfectior *C. a.* *Causa* defectus negativi est limitata *capacitas* intellectus, & *peccatum originale*, quod post se trahit ignorantiam tanquam defectum mere physicum. *Ad 3. n. a.* Natura horret in iis, quæ sunt contra leges *immediate* & *clare* ex primis principiis deductas *C. a.* mediate per discursum deducendas *N. a.* imo licet aliquæ leges mediæ ordinis clare deducantur, *e. g. non furaberis opere*, tamen in internis peccatis non adeo patentibus addidit Deus specialia præcepta: *non concupisces*. Præterea Deus tantum obligat ad ea, quæ homo scit, seu ad totam Legem Naturæ *in actu primo*, non autem ad ea, quæ non scit, seu *in hypothesis* ignorantiae. *Ad 4. n. a.* quia Deus tenetur providere, ne *tota Lex Naturæ ignoretur*, aliter enim non consequeretur finem sc. gloriam & manifestationem perfectionum suarum, non autem, ut *tota sciatur*; dein *orant* etiam non tenetur dare notitiam in omnibus, quia nec promisit, nec saluti hominis obest ignorantia, cum peccatum in hac re sit solum *materiale*. *Ad 5. n. a.* melior esset *absolute*, & *per se* scientia, cum ignorantia sit defectus; *per accidens*, & *secundum quid* est melior quandoque ignorantia, quia liberat à culpa transgressorem; in foro interno non est

est locus palliationi, & S. Th. expresse addit : *contra expressum testimonium Scripturæ & Ecclesiæ.*

Dices contra secundam part. Ignorantia J. Nat. 9.
 non excusat à peccato. *p. a.* 1. Deus dicit : *omnis peccans ignorans* : ergo & vicissim : *omnis ignorans peccans* ; qui enim aliquid nescit, quod oportet eum scire, *sua negligentia nescit*, maxime cum L. Nat. sit scripta *in cordibus nostris*. 2. Ignorantia facti, non Juris excusat, quia etiam *fures puniuntur frustra allegantes ignorantiam pœnæ* : ergo & culpæ. 3. Synodus Diospoli in Palæstina damnavit hanc Cœlestii : *Oblivio & ignorantia non subjacent peccato, quia secundum necessitatem, non voluntatem eveniunt* : ergo contradictoria est vera ; nam etiam *Christus ait* : servus, qui non fecit voluntatem Domini, quam nescit, *vapulabit paucis*, vapulabit tamen, & *David rogat veniam* ob ignorantias suas. 4. *Ubi causa est culpabilis, etiam effectus erit* ; sed causa ignorantia nostræ, quæ est peccatum originale, est culpabilis. Siquidem *Ambrosius can. turbatur. caus. 1. q. 4. ait* : *Ignorantia Juris Naturæ omnibus adultis damnabilis est*. 5. *Exempla* : *Abimelech Saram uxorem Abrahamæ advocantis, Jonathæ, Judæorum crucifigentium. R. ad 1. d. a.* Omnis peccans ignorans formaliter, aut invincibiliter *n. a.* moraliter vel *interpretative*, in quantum agit imprudenter, quasi ignoraret, quid sibi esset agendum *C. a.* Lex Naturæ solum *quoad 1 principia* est scripta in cordibus nostris, & in necessariis necessitate medii. *Ad 2. d. a.* pro foro externo, ubi præsumitur scire legem delinquens *C. a.* pro interno *n. a.* deinde in fure agitur de ignorantia pœnæ, quæ non excusat à culpa, hic de ignorantia legis. *Ad 3. d. a.* Agitur hic de ignorantia *vincibili C. a.*

in.

invincibili *n. a.* Cœlestius Pelagii assecla egit de ignorantia, quæ *vinci possit* per vires gratiæ, quam culpabiliter negavit cum Pelagio, reliqui de culpabili. *Ad 4. d. a.* si causa sit *personalis*, & conjuncta cum prævisione effectus peccaminosi per se fecuturi ex illa *C. a.* originalis *n. a.* hoc damnavit Alex. VIII. prop. 2. Textus non est Ambrosii, sed collectoris canonum ex ferm. 11. suppositio; quare Decretum Gratiani non habet majorem auctoritatem, quam fontes, ex quibus collectum *Ad 5. Judæi* culpabilissime ignorarunt Christum esse Deum & Dominum gloriæ; *Jozabab* à pluribus dicitur injuste damnatus, ubi solum erat ignorantia legis humanæ: *Abimelech* vel peccavit invitam cognoscendo, vel ob defectum inquisitionis debita ob nimiam amoris excæcationem, vel peccavit tantum materialiter: cui merito respondere potuit pœna temporalis propter exemplum aliorum.

10. Cum autem *acatholici* scriptores, destituti subsidio revelationis & infallibilitatis nostræ Ecclesiæ in declarando etiam Jure Naturæ promissæ, sæpe hallucinati sint in hac re, principia illius catholica adduco. 1. Quia primas partes in ordine naturæ Author naturæ habere debet: *quod hominem à Deo avertit, aut ad terrena nimis deprimit, Jure Naturæ prohibitum censendum est.* 2. *Quod creaturam rationalem ad finem suum ultimum promovet, aut præceptum, aut consilium dicendum est.* 3. *Quod perfectioni Divina opponitur, illicitum omnino est.* 4. *Quod Ecclesia de materia Juris Naturalis declarat, indubitato Legi Naturæ congruit.* 5. *Quod homo hypotheticus ante casum particularem communitati humanæ convenientius judicat, naturæ lumine dictatum credi potest.*

Q. 3. Dogmatico - Practica.

An detur differentia inter peccata?

Not. 1. esse quatuor sententias erroneas. I. Pe- II.

lagii & Joviniani cum Stoicis, quod omnia peccata sint *equalia*. Contra hos egit Aug. & Hieron. 2. Wicleffi & Calvinii, quod detur differentia *ratione personarum*, ut Deus prædestinatis omnia reputet ut levia, reprobis ut gravia. 3. Lutheri & asseclarum *ratione fidei*, ut Deus imputet fidelibus omnia ut levia excepto solo peccato infidelitatis. 4. Gersonis, Almaini & Roffensis Cath. *ratione infinitæ misericordiæ* Divinæ, quod in se quidem omnia essent gravia, condescendentia tamen bonitatis Divinæ nostræ fragilitati ea ut venialia intueatur. Taceo peccatum *philosophicum*, de quo Arnaldus P. Musnierium, falso tamen, ad sedem Rom. detulit.

2. *Veniale* potest quatuor modis considerari.

1. *Ex natura sua*, cujus materia exigit tantum leviter per L. Divinam prohiberi sive ratione sui, e. g. veracitatis, fidelitatis meræ, sive ratione quantitatis materiæ aut damni emergentis. 2. *Ex causa*, ratione ignorantix, fragilitatis, unde facile veniam meretur; non item illud, quod ex malitia fit. 3. *Ex eventu*, quod pœnitentia veniam jam obtinuit. 4. *Ex interpretatione humana*, vel respective ad alia majora. Sic Pharisæi & Scribæ docebant, in V. L. non prohiberi levia, & solos actus externos adulterii, homicidii &c. graviter prohiberi, non item internos concupiscentiæ, iræ &c. de quibus intellexit ea Christus, quæ locutus est: *Nisi abundaverit justitia vestra plus, quam*

quam Scribarum &c. non intrabitis in regnum cælorum. Qui offendit in uno, factus est omnium reus. Jac. 2.

12. Dico jam: Datur differentia, eaque intrinseca inter peccata, veniale & mortale.

Rat. hanc differentiam manifeste exigit Providentia Dei gubernantis, constitutio naturæ humanæ, & constans doctrina Ecclesiæ: ergo datur. p. a. 1º. diversa imputatio voluntatis Divinæ argueret in Deo acceptionem personarum in statu æquali, aliter personæ reatum acceptantis, pensantis, & in Gentili, e. g. otiosum verbum pœna æterna punientis &c. præterea defectum iudicii, cum voluntas debeat conformari intellectui dictanti, hic autem inter æqualia mala iudicaret unum grave dignum æterna pœna & inimicitia odio, alterum non; aliud autem est, quod stante vero utrinque iudicio reatus possit Deus uni gratiam facere veniæ, alteri non. p. a. 2. natura humana esset pessime constituta ad finem suum ultimum, quæ cum habeat aliquam necessitatem delinquendi: in multis offendimus omnes. Jac. 3. septies in die cadit justus. Prov. 24. deberet excidere sine suo; & cum nesciret homo, an sit prædestinatus, ageretur perpetuis perplexitatibus, an defectus quotidiani non sint mortiferi. p. a. 3. juxta Ecclesiæ doctrinam peccata sunt inæqualia tam formaliter, secundum Leges graviter aut leviter obligantes, quam materialiter secundum majorem aut minorem repugnantiam cum perfectionibus Dei, bono rei-publicæ humanæ & convenientiæ naturæ privatæ, e. g. blasphemia, homicidium, sodomia & distractio sub oratione, impatientia obvia, sensualitas: Scriptura aliqua comparat trabi & camelo, alia festuæ
in

in oculo, & culici *Luc. 6. Matt. 23.* aliqua occidunt animam, id est, gratiam sanctificantem, quæ est velut forma vitæ spiritualis *Sap. 16.* alia non *Eccl. 7.* unde damnata 20. Baji: *Nullum peccatum est ex natura sua veniale* &c. & *Trid. S. 6. c. 11.* definit: *Licet in hac vita sancti & iusti in levia, & quotidiana, quæ venialia dicuntur, peccata cadant, non propterea desinunt esse iusti.* ideo *Can. 25.* majus requirit auxilium & *Speciale Dei privilegium* pro vitandis venialibus.

Dices: *Dei Dignitas, peccati natura, & pa-* 17.
ritas probat, non dari peccatum ex se leve. *p. a.*
 1. *Deus potest omnem sui deliberatam offensionem graviter prohibere, sicut esum pomi Adamo, carnem porcinam Judæis.* 2. *Deus debuit ex convenientia ita prohibere, quia inhonoratio Infinitæ Dignitatis, & ex hac in Deo displicentia infinita debet graviter prohiberi:* 3. *Deus actu prohibuit graviter, quia 1. & maximum mandatum charitatis præcepit graviter: ergo à contrario huic repugnans prohibuit graviter: sed omne peccatum repugnat charitati, homo in bono creato & prohibito statuit finem suum ultimum.* *R. n. a. ad 1. prob. d. a.* potest omnem *promiscue*, & in communi offensionem graviter prohibere *n. a.* omnem *seorsim*, aut aliquam propter finem & circumstantiam peculiarem *tr. a. e. g.* ut vino in sacrificio parum aquæ admisceatur, quia ex latere Christi fluxit &c. *ad 2. prob. n. a.* partim quia Gubernator providus non debet solum attendere ad suam Dignitatem, sed etiam ad *bonum & fragilitatem* subditorum; partim quia culpa ex Dignitate offensi non crescit *arithmetice* seu ita, ut tot sint gradus malitiæ in offensa, quot sunt gradus Dignitatis in offenso, sed *commensuratio est geometrica*, ut offensa personæ dignioris sit major, of-
 B fenfa

fensa personæ dignissimæ superet omnes offensas
 aliorum, & offensa Dei sit solum terminative & se-
 cundum quid infinita, non entitative. *Ad 3. prob.
 d. C.* Omne graviter repugnans præcepto gravi cha-
 ritatis prohibuit graviter, seu repugnans præcep-
 to quoad substantiam *C. C.* repugnans leviter tan-
 tum, & quoad modum aut perfectionem *N. C.*
 substantia consistit in appretiatione Dei super omnia,
 quæ tolleret unionem cum Deo. *Dices 2.* *Natu-
 ra peccati venialis* est majus malum, quam omne
 malum pœnæ, etiam inferni: ergo &c. *p. a. 1.*
 Malum culpæ est essentialiter *ineligibile* ad quod-
 vis bonum obtinendum, & malum vitandum: er-
 go est majus. 2. Meretur privationem *gratiæ*,
 arcet hominem à *visione* Dei, & in damnatis pu-
 nitur *pœna æterna*: 3. *Qui ex Deo natus est*, di-
 citur *1. Jo. 3. non peccat*: ergo qui peccat, non
 est ex Deo, adeoque inimicus Dei. *R. tr. a.* Si
 infernus præcise qua pœna consideretur *N. C.* quod
 sit æquale propterea mortali. *ad 1. prob. C. a. n. C.*
 quia *ineligibilitas* solum facit *incapacitatem in ra-
 tione mediæ*, non majoritatem mali, quam sit finis,
e. g. si quis officiosè mentiatur ad impediendum
 mortale. *ad 2. prob. d. a.* meretur privationem
gratiæ actualis gratuitæ, & *visionis* propter vo-
 luntatem Dei specialem *C. a.* *Gratiæ sanctifican-
 tis*, & propter absolutam privationem finis ulti-
 mi *N. a.* justus habet jus ad beatitudinem, & jux-
 ta multos *in damnato* finitur pœna peccati venia-
 lis, quando fuit tanta, ut alios abstergere posset
 ad vitandum veniale. *ad 3. prob. d. a.* intelligitur
 peccatum *antonomastice*, id est mortale, aut de
 justo etiam quoad perfectionem charitatis tali,
C. a. aliter *n. a.* idem dicendum ad textus *Patrum.*
Dices 3. à pari. Merita *Christi* propter Dignitatem
 Personæ operantis sunt infinitæ bonitatis: ergo &
 peccatum infinitæ malitiæ. 2. *Opus bonum homi-
 nis*

nis iusti meretur præmium æternum, etsi sit leve e. g. aquæ potus pauperi porrectus : ergo & peccatum supplicium æternum. 3. Qui se mutilaret aut occideret, peccaret graviter : ergo etiam, qui conscisceret sibi Purgatorium, quod est majus. R. ad 1 C. a. n. C. quia Dignitas personæ operantis ingreditur intrinsece meritum, non item persona offensi offensam. ad 2. tr. a. n. C. quia 1. Deus præmiatur ultra condignum. 2. Quia opus bonum iusti informat gratia sanctificans cum meritis Christi ; peccatum sola malitia naturalis &c. ad 3. d. a. peccaret graviter præcise ratione mali in se considerati n. a. quia simul peccaret alias graviter hoc malum inferendo, & posset se facile ab eo liberare. C. a. certe obligatio gravis vitandæ peccatum leve esset imprudens, quia induceret majus malum per transgressionem, quam esset peccatum ipsum leve, sicut si quis sub pœna mortis prohiberet levem puncturam acus. Patet etiam, quod juxta nos peccatum leve & grave non differant per meram imputabilitatem extrinsecam, sed per voluntatem Dei antecedentem fundatam in gravitate radicali actus peccaminosi.

Q. An detur actus indifferens ita, ut licite simul & libere ponatur ex recreatione, quin referatur ad finem positive honestum ? R. cum Scottis, Viva, Lessio, & plurimis aliis, probabilius dari in iis actibus, in quibus delectatio non multum deprimit animum ad terrena, e. g. ex mera recreatione cythera ludere, legere librum ingeniosum &c. Rat. præter allegatas in *Morali Trip.* est: obligatio, quam nec natura actus ipsius, nec lex ulla probat, non debet imponi libertati humanæ: sed hanc referendi omnia ad honestatem positivam nec natura &c. p. m. Actus aliqui sunt ita innocui, ut creaturæ rationali convenienter

permittantur: *Lex prohibens* non adest, & *lex affirmativa præcipiens* e. g. *charitatis* non obligat *pro semper*, sed sufficit alios actus potiores referre ad finem positive bonum. *Conf.* Sic probaretur omnino obligatio referendi omnes actus ad finem *supernaturalem* per intentionem *supernaturalem*, quod quia nimium probat, nihil probat. *Si dicas cum Amort.* ut actus sit *licitus*, debet homo operari *conformiter legi & rationi*: sed hoc ipso jam erit positive honestus, cum sic procedat ex motivo *honestatis generalis*. (2. *Ejusmodi actus est otiosus*, quia non ordinatur ad finem honestum, ac convenientem creaturæ rationali. (3. *Est actus communis irrationali creaturæ*. (4. *Præceptum adest: Omnia in gloriam Dei facite*. 1. Cor. 10. unde Ambrosius in c. 1. Mal. *Christianus omnia debet in gloriam Dei referre*; & hoc præceptum est simul *facile*. (5. *Positive male ageret Rex* operando actionem inferiorem statu, *artifex* faciendo opus inutile ad artis finem, & *viator* otiose quiescendo. *R. ad 1. d. a.* conformiter rationi positive aliquid *suadenti*, & legi *præcipienti n. a.* utrique permittenti *C. a.* hæc non facit opus positive honestum. *ad 2. n. a.* *Otiosum* proprie est, quod non ordinatur ad finem & positive, & negative honestum, seu neque ad necessitatem, neque utilitatem, neque rationabilem & moderatam delectationem: licet Patres vocem: *otiosus* sumant varie, & sæpe improprie. *ad 3. n. a.* *Brutum* non agit sub conceptu liciti, nec ex cognitione moderationis, & rationabilitatis. *ad 4. d. a.* *Præceptum negativum*, ne aliquid fiat contra gloriam Dei, & *affirmativum* solummodo quoad actus potissimos, quos tenemur *salutares* elicere *C. a.* aliter *n. a.* ita explicat communis DD. cum S. Bonav. in 4. dist. 41. q. 3. a. 1. alias requiretur actus etiam semper *supernaturalis*, imo omnino ex charitate elicitus; omnia

omnia opera infidelium & peccatorum forent peccata, quod damnavit Alex. VIII. *prop.* 7. 11. 13. & Clemens XI. *prop.* 44. 45. 57. Quesnelli. *ad* 5. d. a. si hi actus sint positive indecentes, aut impediunt aliqua, quæ sunt præcepta C. a. secus n. a.

Q. 3. *Quæ judicia formanda circa peccata?* 15.

R. Cum 4 prædicata peccati actum ingredientur, nempe *libertas* à coactione & necessitate, *quantitas malitia* materialis ex materia, & formalis ex consensu, deliberatione, dictamine conscientiæ, *differentia* seu dissimilitudo specificans actum, & *multiplicitas numerica*, de quibus multa in *Theol. Mor. Trip.* addo reliqua. *Prop.* 1. *Nunquam actus habendus est pro mortali, nisi adsint plena deliberatio, plenus consensus voluntatis, & dictamen saltem practice dubium de gravitate mortali. Rat.* Non est credibile, quod Deus optimus æternis pœnis & indignatione puniat actum, qui non est perfecte liber, contractus ex fragilitate, maxime cum natura sic male esset constituta ad finem suum ultimum, contra communem sensum Doctorem; *sufficit autem semiplenitas ad veniale*, quia hoc facilius contrahitur, & actus habet adhuc aliquam moralitatem. *Si dicas: non est necesse, ut intellectus plene advertat malitiam gravem; quia etiam semiplena advertentia ad bonum sufficit ad actum meritorium vitæ æternæ.* 2. nec ut voluntas plene consentiat; quia ad mortale sufficit voluntarium indirectum in causa, ubi voluntas non plene fertur in effectum gravem. *R. ad 1. n. a.* Plures negant *rationem*, sed *tr. rat.* quia præmium supra meritum commendat liberalitatem Dei, supplicium supra meritum saperet crudelitatem. *ad 2. n. a.* Etiam in indirecte voluto debet plena advertentia mali gravis connexi dari, & voluntas illud plene amplecti. de *Consuetudinariis V. Theol. Mor.*

Trip. qui habent tantum tenuem cognitionem mali ex defectu intensionis, non vero defectu plenæ advertentiæ; & laborantes *ignorantia crassa* cognoscunt directe periculum mali, & indirecte in illud consentiunt plene. 2, *Prop.* Sicut *dissimilitudo specifica* peccatorum facilius ex oppositione cum virtute, utpote magis nota defumitur, ita *multiplicitas numerica ex pluralitate physica actuum conjuncta vel cum totalitate objectorum, vel retractione voluntatis, vel notabili interpolatione temporis.* *Rat.* Cum numerica pluralitas inquiretur pro confessione actuum peccantium, quando datur unus actus physicus, datur unum peccatum activum; & quando dantur duo actus, dantur duo peccata activa; *objecta autem & jura passiva violata sunt terminus extrinsecus duntaxat actui, fere sicut est una datio floreni, licet hic postea inter plures pauperes distribueretur, & si Centurio cum pecunia inter suos gregarios dividenda auferat, est una infidelitas actus seu concreti.*

Q. 4. Dogmatico - Speculativa.

De libertate & requisitis actus humani.

16. *Not. 1.* Ab actu malo transeo ad bonum & honestum: bonus duo potissimum exigit, *libertatem, & bonam fidem, sive judicium practicum de illius honestate moraliter certum; siquidem dubitans aut actu formidans, an actus non sit illicitus, peccat se exponendo periculo violandi legem.* *Libertas* prout est hujus loci, una est à *coactione*, quæ ab omnibus Philosophis definitur: *Immunitas* ab omni violentia exterius illata contra voluntatem patientis; altera à *necessitate*, quæ defini-

definitur: Immunitas ab omni determinatione ad unum etiam juxta inclinationem facta, e. g. si beatus in cœlo sponte rapiatur ad amorem summi Boni, est liber quidem à coactione, non à necessitate. *Divisio* hujus libertatis à necessitate est in *libertatem contradictionis*, seu ad duo contradictoria, e. g. contritionem vel omissionem illius, & *contrarietatis*, seu ad duo contraria, e. g. ad contritionem, vel actum positivæ obstinationis, ad amorem vel odium: addunt hodie *libertatem specificationis* ad agendum aliud extra speciem subalternam peccati, cum nonnulli hodie doceant, peccatorem aliquando necessitari ad peccandum simpliciter, habere tamen *libertatem exercitii* ad agendum hoc vel illud intra genus subalternum peccati, quasi reo dicat Judex: suspendi debes, liberum autem tibi est, an ex hac, an altera arbore.

Not. 2. Status Quæst. vertitur in seqq. 1. Omnes admittunt, hominem in statu naturæ lapsæ habere *liberum arbitrium*; in eo autem discrepant, an ad hoc liberum arbitrium sufficiat libertas à coactione, vel an etiam requiratur libertas à necessitate. 2. *Jansenius* Ep. Iprensis, *Bajus* Doct. Lovaniensis & *Calvinus* contra *Pighium* solam immunitatem à coactione requirunt: *Catholici* exigunt insuper immunitatem ab omni necessitate: *Martin. Bucerus* concordiam inter hos & illos stabilire se putat unica distinctione, qua nunc una pars respondet: *Homo est liber*, intelligendo: à coactione: altera interrogata pariter respondet: *Homo est liber*, intelligendo: à necessitate; sed incassum; quia in hoc rei cardo versatur: denique *Manichei* sine distinctione omnia tribuunt bono vel malo principio, ceu fato cuidam necessitanti absolute.

Not. 3. *Systema nostrum hoc est: 1. Libertas est facultas proxime expedita ad agendum vel non agendum. 2. Per facultatem intelligimus potentiam activam, & cum indifferentia electivam inter actum ponendum, vel omittendum, vel ponendum contrarium. 3. Ad virtutem agendi proxime expeditam exigimus motiva pro & contra, media pro utroque extremo, & negationem omnis impedimenti inausferibilis per actum secundum, e. g. ut pro implendo præcepto pœnitentiæ adsit gratia supernaturalis dans simpliciter posse, pro libero exitu è carcere absint vincula &c. Systema vero Jansenii hoc est. 1. Quidquid homo agit moraliter, ex delectatione actum voluntatis antecedente agit. 2. Hac delectatio orta ex concupiscentia est ad peccatum, orta ex charitate Patris est ad bonum. 3. Quæ delectatio viribus major est, hanc voluntas sequatur necesse est. 4. Delectio nunc minor, potest in aliis circumstantiis esse major & victrix. 5. Unde delectatio nunc major inducit solum necessitatem relativam & partialem, non vero absolutam & totalem, cum delectatio minor pro aliis circumstantiis retineat virtutem agendi suos actus. Igitur*

17. Dico 1. *Ad essentiam liberi arbitrii requiritur libertas à necessitate. Rat. Ea debet libero arbitrio tribui libertas, quæ sit electiva, quæ actum potestati & dominio agentis subjiciat, & quæ sit conformis sensui communi Ecclesiæ & Philosophorum: sed hæc requirit immunitatem à necessitate. M. est S. Th. p. 1. q. 83. a. 3. Quidquid repugnat electioni, repugnat libero arbitrio. & Scripturæ Gen. 4. Subter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. ac Ecclesiæ damnanti 6 Baji: Sola violentia repugnat libertati hominis naturali. Jam p. m. Homo ad unum etiam sine violentia determi-*

determinatus non potest alterutrum pro libitu as-
sumere, aut rejicere; & *dominium* dicit liberam
facultatem disponendi de re tanquam sua; sed
hoc nequit determinatus in his circumstantiis ad
unum actum, cum non possit eum hic & nunc
omittere; denique *ante Jansenium & Bajum* fuit
communis sensus, neminem, qui est in procinctu
exercitii libertatis suæ, frui posse usu arbitrii sui,
si etiam juxta inclinationem suam determinetur
ad unum. *Conf.* Pius V. Gregorius XIII. & Ur-
banus VIII. damnarunt 3 Baji: *quod voluntarie*
fit, etsi necessario fiat, tamen libere fit: ergo vera
est contradictoria: quod necessario fit, non fit li-
bere.

Dices 1. Liberum arbitrium non potest habere
indifferentiam voluntatis: *p. a.* Si haberet indiffe-
rentiam, deberet ab alio determinari, sicut cor-
pus indifferens ad motum. *R. n. a.* ad prob. *d. a.*
Si haberet indifferentiam mere *passivam* & insuf-
ficientiæ *C. a.* si *activam* ad eligendum, & suffi-
cientiam virtutis agendi, & motiva pro & contra
inter se comparandi *n. a.* *Dic. 2.* Indifferentia
deberet dari *eo instanti*, quo daretur determinatio:
sed hoc fieri nequit; cum esse indifferentem & si-
mul determinatum implicet. *R. C. M. N. m.*
rat. d. esse indifferentem in potentia seu actu *1.*
proximo, & esse determinatum in ipsa libera re-
solutione sunt contradictoria *n. rat.* utrumque
esse in actu *1.* proximo *C. rat.* *Dic. 3. Liberum*
arbitrium non debet habere indifferentiam: *p. a.*
Actus potest esse *in dominio* hominis per hoc,
quod actus procedat ab homine, & ideo proce-
dat, quia homo hoc voluntarie intendat. *R. n. a.*
Hoc dominium est improprie tale, meræ efficien-
tiæ & non proprietatis, quia sic nec *voluntas* est
in libera dispositione hominis, utpote illi conge-

nita, nec actus illius, utpote à prævalente inclinatione irresistibiliter dependens. *Dic. 4.* Indifferentia nec requiritur ad imputabilitatem culpæ: *p. a.* Peccatores habituati libere peccant, licet consuetudo & habitus tollat indifferentiam voluntatis. *R. n. a.* cum prob. Habitus tollit indifferentiam propensionis, non autem electionis simpliciter, cum etiam contra propensionem & possumus & teneamur sæpe agere potentia tam physica præsentis, quam morali temota. *Dic. 5.* Sufficit minor quedam indifferentia, scilicet in sensu diviso ita, ut hic & nunc homo quidem necessario agat, possit tamen pro alio tempore, & pro casu, quo abesset necessitas, non agere. *R. d. a.* Sufficit indifferentia in sensu diviso, quando voluntas potest, & quidem pro præsentis se libere dividere à causa determinante ad unum *C. a.* aliter *n. a.* *Dic. 6.* Sola libertas spontanea, ac voluntaria sufficit, quæ removeat solam violentiam. *p. a.* Ex Patribus tres adduco. S. Damascenus: *Libertas nihil aliud est, quam voluntas: S. Prosper. Liberaum arbitrium est rei sibi placite spontaneus appetitus. S. Aug. in c. 5. ad Galat. Secundum id, quod amplius nos delectat, operemur necesse est. R. n. a.* ad prob. dico: Hi textus & similes loquuntur in sensu verborum non rigoroso, & occasione Novatorum in scholas introducto, sed pro usu illorum temporum confundunt voluntarium cum libero, coactum cum necessario, & necessarium antecedens cum necessario consequente seu tali, ut Anselmus ait, *quod facit ipsa voluntatis libertas, e. g.* libere ambulans actu non potest non ambulare. *d. text. Aug.* Necesse est operemur secundum id, quod magis delectat delectatione consequente deliberationem, aut imperata per voluntatem efficacem *C. text.* cum actus imperati juxta plures Doctores habeant solum libertatem

bertatem mediatam, delectatione antecedente voluntatis electionem *N. text.*

Dico 2. Ad merendum vel demerendum in 18. statu naturæ lapsæ requiritur libertas à necessitate. Rat. Ea debet admitti libertas, qualem 1. communis hominum sensus, ceu vox quædam naturæ, & 2. verbi Divini declaratio exigit: sed libertatem à necessitate &c. *p. m. 1.* Omnes sensere semper, nulli posse proprie legem imponi, nisi subiecto ab omni necessitate pro eo tempore immuni, quo lex obligat ad actualem executionem; & neminem fieri laude vel præmio, vituperio vel pœna proprie dignum, qui agit, quod non potuit omittere, & omisit, quod non potuit agere; & denique ad meritum & demeritum requiri talem actionem, quæ sit propria agenti ita, ut eam instar pretii ad præmium dare possit &c. hæc omnia exigunt libertatem à necessitate. *p. m. 2. Eccl. 31.* declaratur: *Beatus, qui potuit transgredi, & non est transgressus.* S. Justinus in famosa Apologia pro Christianis ad Senat. Rom. *Nihil esset in iis laude dignum, nisi facultatem haberent se in utramque partem vertendi;* & Innoc. X. Alex. VII. Clem. XI. damnarunt 3. Janfenii. *Ad merendum vel demerendum in statu naturæ lapsæ non requiritur in homine libertas à necessitate, sed sufficit libertas à coactione.*

Dices: Non requiritur libertas indifferentiæ ad meritum; *p. a. ab inductione 1.* Deus est perfectissime liber sine indifferentia ad agendum, vel non agendum, cum sit purus actus, & indifferentia traheret post se facultatem retractandi. 2. *Christus* amavit D. Patrem necessario, tamen amando merebatur. 3. *Beati* trahuntur necessario à visione ad amorem Dei, nihilominus per hunc fiunt laude digni, sicut *damnati* peccant per odium,

ad

ad quod non sunt liberi. 4. Et *Brutis* statuuntur poenæ & præcepta, cum vituperio & laude trahantur. 5. Ipse *homo* tenetur vitare omnia venialia, etsi non possit omnia vitare. 6. Sane *actus externi* sunt vera peccata, quamvis nec propriam libertatem, nec malitiam habeant. *R. n. a.* ad 1. prob. *n. a.* *Deus* ab æterno habuit summam indifferentiam e. g. condendi vel non condendi mundum, & *retractabilitas* non pertinet ad essentiam libertatis, cum sit potius imperfectio ex mutabilitate voluntatis & defectu prævisionis futurorum. *ad 2. prob. d. a.* Christus amavit Patrem necessario amore *beatifico*, aut *simpliciter tali C. a.* viatoris, aut cum hac vel illa intensiōe *n. a.* *ad 3. C. a. rat. d.* Beati fiunt laude digni *objective*, & *speculative*, in quantum actus est ex se intrinsece bonus *C. a.* formaliter & practice, id est ad meritum, & præmium *n. a.* similiter peccant *damnati*, & sunt vituperio digni, cum habeant potentiam physicam non odiendi, licet necessitate morali necessitentur; quod si ponantur carere etiam liberrate physica, habebunt solum peccatum materiale & objectivum. *ad 4. Brutis* statuuntur solum leges improprie tales, in quantum signa certarum rerum adhibentur solum ad imprimendas illis species phantasticas, à quibus in certis circumstantiis necessario determinentur. *ad 5. C. a. rat. d.* Non possunt vitare omnia venialia *determinate accepta*, & potentia *physica. n. a.* non indeterminate accepta & hæc potentia morali *C. a.* *ad 6. Actus externi* sunt quidem vere peccata, quia sunt facta contra *L. Dei*, & sunt consummatio peccati, sunt tamen inferiora ratione libertatis, quam non habent in se propriam, sed duntaxat participatam ab actu voluntatis imperante adeoque tantum *determinative libera. V. Mor. Tripart. Dices 2.* Ad merita sufficit libertas non philosophica, sed moralis

ralis quædam inferior. *p. a. 1.* Sufficit *absoluta* & *invariabilis*, hoc est, quæ in se consideretur, & præscindat à circumstantiis præsentibus, prævalentia defectionis oppositæ facit solum *relativam* & *variabilem* necessitatem; relativa libertas aut necessitas non obest. 2. Sufficit *mediata* libertas; profuens necessitas ex peccato Adami, aut proprio præcedente non obest. 3. Proveniens *ex iudicio practico*, quo intellectus imperat voluntati, quid modo sit agendum, cum libertas sit *facultas agendi, quod magis placet ex sufficienti ratione*, ut Thomistæ aliqui. *R. n. a. ad 1. prob. n. a.* Omnino tenendum est, requiri libertatem *actualem pro tempore*, quo datur formale exercitium liberi arbitrii, cum contrarium sit damnatum contra Bajum & Jansenium. *ad 2. n. a. Alex. VIII. dam. 1.* *Ad demeritum sufficit illa libertas, qua voluntarium & liberum fuit in causa sua peccato originali, & voluntate Adami peccantis*; unde ruit illud moderni cujusdam: *Peccatum, quod est pœna peccati, non exigit libertatem actualem*, siquidem vel nullum peccatum differt substantialiter ab altero, vel differens in libertate non foret imputabile peccanti, licet ex peccato priori instar pœnæ secutum. *ad 3. d. a.* Sufficit libertas *ex iudicio practico*, si hoc voluntas possit libere impedire, etiam post acceptam illustrationem & suasionem avertendo intellectum à concipiendo iudicio hoc practico, ut Bellarminus defendit. *C. a.* si non possit impediri, ut Thomistæ defendunt. *N. a.* Atque ex his & seqq. apparet, quo fundamento *Illust. de Saleon, & Languet* damnarint *systema moderni* cujusdam velut Jansenianum, quia is (1. *falsum affingit Jansenio & Calvino*, ut sub prætextu refutationis id ipsum securius docere sub aliis parergis queat, qui mos hodie non infrequens; nempe affingit illis, quasi negarent indifferenciam

ferentiam iudicii, & voluntati auferret omnem actionem cooperationis. (2. *Tria mirabilia* pro salvanda libertate peccatoris combinat: *indifferentiam iudicii*, licet voluntas debeat sequi prævalentem delectationem: *libertatem exercitii* ad hunc vel illum actum peccati, etsi habeat necessitatem specificationis ad peccandum simpliciter: *capacitatem potentie* ad recipienda media salutis omnibus præparata, tametsi via ipsis desit ea sibi applicandi; quasi liber sit *vinculus* propter somnium, quo se ad ambulandum expeditum somniat, vel sanus sit *ager*, cui salubre remedium est in pharmacopolio, quam nec ipse afferre id sibi possit, nec alium afferentem habeat, aut videat *oculatus*, licet in tenebricoso loco lumine careat. (3. Exaggerat *flexibilitatem voluntatis* pro diversis circumstantiis, quæ tamen pro præsentis circumstantia nil homini prodest &c. ut adeo propter præsentem irrefisitibilem determinationem excusare *inimicus* suum odium, *adulter* suum adulterium &c. imo *Wicleffista* quilibet suum fatum, aut *Manichæus* necessitatem prætexta indifferentia pro aliis circumstantiis queat. V. *Zacharias ad Fra. Dositheum*, *Monetam* &c.

19. Dico 3. *Hanc libertatem à necessitate habet homo in statu nature lapsæ.* Rat. Quod declarat 1. *intimus* cujusque *sensus*, 2. *experientia* quotidiana omnium, 3. *ipsum testimonium adversariorum*, 4. *decisio Ecclesiæ* ex verbo Dei, verum est: atqui &c. p. m. Quilibet sentit, se *deliberare* sæpe, quid agere velit; omnes agentes aliquid agunt ita, ut potuerint id *omittere*, aut *cessare* pro libitu; *conscientia* insinuat tacite, se ligari proprie aliqua lege Superioris, se fieri agendo laude vel reprehensione dignum: ergo cum hæc sint manifesta signa libertatis &c. deinde Calvinus ipse fassus est,

est, se negando libertatem à *Patribus Græcis & Latinis* recedere: contrarium damnavit Conc. Constantiense *prop. 27. Wicleffi, Leo X. 36. Lutheri, Innoc. X. 1. & 2. Jansenii: aliqua præcepti justis conantibus & volentibus secundum præsentis, quas habent vires, sunt impossibilia, &: interiori gratiæ in statu naturæ lapsæ nunquam resistitur*, ut ex *Ecclef. 15. didicit: reliquit Deus hominem in manu consilii sui, ad quodcunque voluerit extendere manum suam.* Accedit *Anathema Trid. S. 6. can. 4. & 5. Qui post Adæ peccatum liberum hominis arbitrium amissum dixerit, &: arbitrium à Deo motum & excitatum nil operari assentiendo, neque posse dissentire, si velit. V. Bellarmin. to. 1. de grat. L. 4. c. 9.*

Dices: Ratio, & Authoritas est contraria. p. a.
1. Quod Deus præscivit ab æterno, & decreto prædefiniuit, debet fieri, cum falsificari hæc scientia nequeat: sed omnes actus nostros præscivit &c. *R. n. a.* ad prob. *d.* debet fieri debito & necessitate consequente, quam agens libere sibi facit per actum suum *C. M. antecedente*, quæ sit causa prævia actus *N. M.* scientia Dei non est causa actus, sed hunc sequitur; neque enim ideo homo agit, quia Deus scit, sed ideo præscit, quia homo libere aget: neque etiam homo non agendo falsificaret scientiam Dei, sed impediret, & faceret, ut Deus haberet oppositam scientiam de omissione actus: unde patet disparitas cum illo, qui *heri projecit Breviarium in mare*, idque hodie non potest recitare; siquidem privatio Breviarii præcedit hodiernam omissionem velut impedimentum recitationis, ingrediens actum **1.** proximum. *Dic. 2.* Ipsum *diclamen conscientiæ* necessitat voluntatem; quia est actus intellectus, adeoque necessarius, & voluntas nihil appetit, nisi quod

quod illi intellectus ut bonum appetendum proponit. *R. n. a.* Voluntas potest agere *contra dictamen*, quia hoc solum proponit, quid homo possit, ac deberet appetere; sed voluntas saepe agit contrarium, quia nec unum *ut purum bonum*, nec alterum *ut purum malum* ei proponitur, & saepe agit præcise, quia *sic libere vult*: video meliora, proboque, deteriora sequor. *Dic. 3.* Ad omnem electionem comparativam plurium requiritur in uno *major ratio objectiva*, ob quam præferatur alteri, & voluntas debet id necessario eligere, quod proponitur ei melius vel in se, vel ad finem. *R. n. a.* potest sufficere in bonis & malis mixtis *ratio subjectiva*. Textus varios expli- co *sub dist.* loquuntur vel de actibus *indeliberatis*, vel deliberatis quidem, sed *supernaturalibus*, ubi gratia Dei dat simpliciter posse, vel de arbitrio perdito quoad *perfectionem indifferentiam*, non quoad substantiam indifferentiæ, aut sufficientiam, e. g. Arausic. l. can. 15. *Arbitrium voluntatis in primo homine ita infirmatum est, ut non nisi per baptismum reddi possit amissum ab eo, à quo dari potuit*, intelligit arbitrium cum donis gratuitis. Paulus: *Captivatur servus peccati in lege peccati*: non est volentis, sed *miserentis Dei*: quod *nolo, hoc ago*. Aug. *Homo male utens libero arbitrio se perdidit, & ipsum*. Quando Aug. l. 1. op. imperf. n. 100. negat, quod homo habeat libertatem parem ad bonum & malum, loquitur ex mente Juliani, qui cum Pelagio negabat *necessitatem gratiæ* ad bonum (quæ tamen juxta nos necessaria est ad bonum, non ad malum) & affirmabat simul, *ad essentiam libertatis* requiri etiam *indifferentiam ad malum*, quod nos negamus.

20. Q. *An metus tollat libertatem?* R. *Neutiquam; cum relinquat indifferentiam quoad substantiam,*

stantiam esse, e. g. martyr stante metu tormentorum potest nolle negare fidem; quia tamen sæpe movet *turbationem* aliquam rationis, & excitat *velleitatem* conditionatam saltem indeliberatam, actus ex metu factus dicitur *voluntarius simpliciter*, & *secundum quid involuntarius*. Quare (1. metus gravis directe incussus injuste, saltem *invalidat actum* e. g. matrimonium, professionem, dotationem, impositionem & solutionem censuræ &c. (2. *Liberat à pena Ecclesiastica*, e. g. si minis adigaris ad sepeliendum hæreticum in loco sacro &c. (3. *Minuit culpam* e. g. in virgine minis deterrita ab inclamanda ope &c. (4. *Excusat à lege humana & Divina positiva*, quæ latæ sunt in bonum privatum hominis, e. g. à jejunio, auditione sacri, monitione ignorantis suam obligationem, correctione fraterna &c. (5. *Non tamen excusat à lege Divina negativa*, nec à positiva Divina vel humana *immediate lata in bonum communitatis*, e. g. non licet vel in minimo manifestare aliquid ex sigillo *Sacramentali*, non simulare Sacramentaliter, nec militi in bello relinquere suam stationem, nec ob minas prædonum ad mortem quæsitum è latebris extrahere, ædes vicini incendere &c. *licet tamen* ex hoc metu prædas à furibus jam factas avehere, scalas applicare &c. quia hæ actiones non tam propinque, aut immediate concurrunt ad actum intrinsece malum, sicut priores.

Q. 2. *Quæ bona fides ad agendum licite requiratur?* R. *In ultimo judicio seu dictamine rationis ante actum requiritur moralis vel quasi moralis certitudo de licentia actionis ponendæ.* Rat. Legum reverentia exigit, & Dei Legislatoris dignitas, ut nemo agat cum periculo legem transgrediendi, aut Deum offendendi: sed hoc fieret, nisi homo certus esset de licentia actionis: *quod non est*

ex fide bonæ conscientiæ, peccatum est, ad Rom. 14.
 (2. *In remoto judicio*, quando lex prohibens non
 clare innotescit, sufficit *probabilitas notabiliter*
major pro libertate, e. g. transiens locum acatho-
 licum die abstinentiæ judicat ob circumstantias,
 se probabilius licite posse carnibus vesci &c. *Rat.*
 Sufficit pro judicio remoto opinio, quæ solum re-
 mote proponit *periculum* agendi contra legem for-
 tassis latentem, & non satis promulgatam, quæ
 ducit hominem *in viam*, quam Ecclesia permittit,
 & innumeri viri docti ac graves securam agno-
 scunt, & ipsi ingrediuntur, sed hujusmodi est pro-
 babilior sententia favens libertati. (3. *In remoto*
judicio sufficit etiam probabilitas equalis, aut quasi
equalis, id est, *aliquantulum major aut minor*
 (quod in moralibus pari passu procedit) pro fa-
 vore libertatis, e. g. notabiliter damnificans alte-
 rum ex culpa qualicunque veniali judicat se im-
 munem à restitutione materiæ gravis. *Rat.* Lex
 positive dubia, non sufficienter promulgata, vel
 invincibiliter ignorata non obligat proxime in actu
 2do: sed, ubi est equalis, vel quasi equalis pro
 & contra legem & libertatem, lex est hujusmo-
 di &c. quia datur privatio scientiæ, & obligatio val-
 de onerosa, ordinarie non agnita à viris doctis fe-
 quendi tutiorem, seu agendi juxta legem foret po-
 tius noxia humano generi, trahens post se trans-
 gressiones plurimas, ut S. Antoninus, & 250. Au-
 thores *in Norma recti P. Rafster*. (4. Non appro-
 bo sententiam, quæ docet, *sufficere etiam proba-*
bilitatem notabiliter minorem pro libertate in ju-
 dicio seu dictamine remoto, e. g. si rationabiliter
 dubitans, an grave peccatum jam confessus sit,
 id postea non confiteatur. *Rat.* Sententia, quæ
 praxis fere nullius, & propinqua periculo abusuum,
 non est approbanda: atqui hæc esset talis; quia
 universum vix erit sententia una vel altera, quæ
 sit

fit notabiliter minus, & tamen adhuc vere theologicæ probabilis; insuper non solide doctis dat ansam tenuiter aut dubie probabilia pro vere probabilibus accipiendi. *V. Theol. Mor. trip.*

Dices 1. Non sufficit quasi moralis certitudo 22.
 pro dictamine proximo. *R. n. a.* Pro ratione sufficit nosse hujus naturam; *quasi*, vel, ut alii, *late moralis certitudo* datur, quando homo habet iudicium, quod in se spectatum posset quidem excitare prudentem formidinem de veritate, hic & nunc tamen operans nullum habet timorem oppositi, eo quod vel illi non appareat grave motivum in contrarium, vel se non reflectat ad fallibilitatem sui motivi. *Dic. 2.* Qui favet suæ libertati, quando habet gravem rationem pro lege Divina contraria, ille *non amat Deum* sincere super omnia, contemnit illum præferendo voluntatem suam Divinæ, & est iniquus iudex adjudicans sibi causam relicta parte Dei. *R. n. a.* Quia sollicitè *inquirens* prius in obligationem legis, *paratus* sequi eam, quamprimum sibi innotuerit, & *sciens*, quod Deus sicut quivis alius legislator agat, qui subditum non obligare vult in actu 2do, quamdiu lex non est satis promulgata &c. retinet debitum amorem erga Deum, & tam parum est iudex inter se & Deum, quam parum subditus non putans se ligari lege sui Principis nondum promulgata; denique iudicat, Deum legem ejusmodi dubiam relinquere instar consilii. *Dic. 3.* Talis actus esset *imprudens*; quippe homo prudens non potest sequi opinionem, nisi iudicet illam absolute *esse veram*, sed habens iudicium remotum solum æqualiter vel quasi æqualiter in utramque partem probabile, non potest opinionem libertati faventem iudicare esse veram. *R. n. a.* Tres sunt de hac re sententiæ. 1a. ait, *sufficere suspensionem iudicii* de veritate, modo

modo quis per ultimum reflexum iudicium iudicet actum suum esse licitum. 2da. ait, sufficere iudicium *de probabilitate opinionis*, cum sphaera intellectus comprehendat verum tam reale, quam apparens, probabile & rationabile. 3a. ait, opinionem nimiam gravi fundamento posse adhuc iudicari *absolute veram*, partim quia saepe falsa nobis apparent *probabiliora veris*, partim quia voluntas *in obscuris* potest intellectui imperare assensum alterutri parti, maxime si *ratio subiectiva*, hoc est voluntati bona e. g. ob nimiam forte difficultatem oppositi accedat, etsi non adsit major *ratio obiectiva*, seu ex parte objecti. *Dic. 4.* Deus potuit nos obligare in casu dubii ad tutiorem pro lege, & quod *voluerit*, probant tum *SS. Patres*, tum *conversi* ad probabiliorismum, e. g. Bellarminus, qui nepoti tutiora suasit, Pallavicinus, qui teste nepote suo mutavit animum, Card. Acquirre & Elizabethae &c. *R. tr. a.* quod potuerit, *n. a.* quod voluerit. *SS. Patrum* textus vel loquuntur de religione, vel de vincibili probabilitate, frivola, tenui &c. vel sunt ex *L. Apocryphis*, ut est: *Opus imperfectum* S. Chrysostomi, *L. Stromatum* S. Clementis, qui à Gelasio Pont. reiectus est &c. *Conversis* oppono *alios conversos* ad opinionem benigniorem: Ligorium, Roncaglia &c. *Bellarminus* tantum nepoti, futuro Ep. Theanensi dedit instructionem 8. punctis contentam, in qua multa citra rigorem scholasticum dicuntur ad melius esse: *Pallavicinus* nepos à Patruo suo nunquam accepit litteras de mutato animo suo, qui Patrus ipse Alexandrum VII. dehortatus est à probabiliorismo introducendo, & in litteris solum egit de natura ignorantiae invincibilis, an ad actum meritorium sufficiat: *Acquirre* teste Nicol. Monsia fassus est, se non examinasse hanc materiam satis. *Si petas, quid est ergo verus probabiliorista*, qui non tantum severe

Severe docet, & laxe resolvit aut vivit, ad quævis reponens: *Mibi est probabilius*, ut frequens experientia docuit? R. Ille est, qui docet, & hinc se & alios hoc principio dirigere debet: *si opinio, favens non est certo & notabiliter probabilior, datur obligatio ad tutiorem*: ergo quia in solo Diana ultra 3000. sententiæ sunt in utramque partem disputabiles, & raro doctus quisque ausit dicere: *hec est certo, & cum notabili excessu probabilior*, panditur via ad damnatum ab Alex. VIII. prop. 2. tutiorismum.

Colligo materiam in paucas prop. (1. Usus 23. probabilium in communi est necessarius, quia plurimæ leges etiam circa Jus Naturæ tantum probabiliter nobis innotuere. (2. Est licitus quoties quæstio immediate agit de licentia actionis, seu existentia legis præcipientis vel prohibentis duntaxat; non vero, quando immediate agit de valore actus seu existentia legis irritantis, aut damno temporali tertii, aut religione continente aliqua necessaria necessitate medii. (3. Non est periculosus, quia non immediate progreditur ad actionem, sed sicut fides ex antecedente explicite revelato deducit conclusionem, ita hic ex præmissis certis reflexis deducit conclusionem certam de licentia actionis, e. g. Omnis prudenter agens secundum rationem gravem, agit licite: sed in absentia certitudinis sequens probabilem opinionem, quam Ecclesia non prohibet, plurimi docti & timorati approbant & sequuntur, agit prudenter: ergo agit licite: ubi M. & n. est certa. Vel: Hodie certum est licere sequi opinionem, quæ consideratis morali sonatu omnibus alicui videtur notabiliter probabilior: sed illa regula morum, quæ docet, licere sequi equaliter vel quasi equaliter probabilem, est opinio, quæ mihi ita videtur notabiliter probabilior:

ergo certum mihi est licere sequi. Certe nunquam Ecclesia hunc usum prohibuit, ut Ligorius contra Patuzzi ostendit occasione *Theſium Lavifianarum*, quæ damnatæ fuere ob alias causas, e. g. quod Christo tribuerent usum familiarem probabilissimi, qui tamen fundatur in ignorantia juris, quæ in Christum non cadit, & quia in globo tantum damnata plura jactantius proponebant. 4. *Est utilis*, quia *peccatum materiale*, si forte aliquod incurretur, ab omni culpa purgat, cum ob rationem directam, & ultimum judicium seu dictamen reflexum periculum peccandi materialiter ita imminuat, ut ad id hic & nunc præcavendum nullus moraliter obligetur; prædest insuper *in foro utroque*, cum bonæ fidei possessor faveat semper possidenti, e. g. si b. f. possessor rem alienam consumpsit sine lucro remanente. Imo habet locum etiam *in concursu questionis de valore*, ubi valor instar præsuppositi habetur, e. g. dubium occurrit, an in certis circumstantiis *licite uti* possis jurisdictione ad valorem Sacramenti pœnitentiæ requisita: docet communis, licere probabili jurisdictione uti, si hæc tria coincidunt: *permissio Ecclesiæ*, seu non prohibitio: *communis Theologorum praxis* & sensus: *causa gravis* non differendi absolutio-
nem, non faciendi Sacramentum nimis molestum aut odiosum.

De Legibus & Justitia.

Q. I. Dogmatico-Speculativa.

De Lege Divina naturali & positiva.

Mare quoddam videri hæc materia possit, in 24.
 quo non *Protestantes* modo in scopulos im-
 pegere, sed *Catholici* varietate opinionum viam
 plurimum turbarunt: omnino 12. reperiuntur di-
 versæ, & solum præcipuæ sententiæ, quas dete-
 gent ipse objectiones.

Dico 1. *Lex naturalis consistit in actu rationis
 Divina, quæ præcipit necessario ad finem creaturæ
 rationalis necessaria, & prohibet necessario huic
 opposita.* Rat. 1. *negativa*; reliquæ definitiones
 non satisfaciunt ideæ, quam de lege in communi
 & in specie habemus: ergo 2. *positiva*; Lex de-
 bet procedere à superiore & quidem potente sub-
 ditum ita obligare, ut quibuscunque subditis im-
 pellantibus non liceat recedere à lege: e. g. in
 falsiloquis, gratitudine debita, occisione fallorum
 testium vel judicis, dilectione proximi per actum
 internum &c. quorum contrarium damnatum est ab
 Alex. VII. & Innoc. XI. sed hoc nec natura ratio-
 nalis, nec ratio, nec synderesis seu habitus pri-
 morum principiorum possunt. p. m. *Natura* est &
 concipitur regulabilis, non regulans; *ratio* est cau-
 sa instrumentalis & applicans regulam; *synderesis*
 est adjumentum rationis ad subjectum regulabile
 dirigendum: ergo.

Dices 1. *Lex naturalis est intrinseca naturæ ra-* 25.
tionali: ergo non est actus rationis Divinæ. p. a. ex
 sub.

Subjecto: *Gentes, quæ legem non habent, sibi ipsi
 Lex sunt.* Rom. 2. Ex testimonio: *Patres legem
 dicunt conscientiam, quæ est L. scripta in cordi-
 bus nostris.* Ex ratione intrinseca: *quæ natura ra-
 tionali conveniunt, intrinsece bona & honesta sunt,
 quæ disconveniunt, inhonesta.* Ex praxi: *illud
 experimur honestum, ad quod nos dirigit dicta-
 men conscientiæ, illud inhonestum, à quo nos re-
 vocat, e. g. veneratio parentum, cultus Dei &c.*
 (2. *Lex est separabilis ab actu rationis Divinæ,
 potest dari illa, quin hic detur: p. a. Ante volun-
 tatem Dei aliqua sunt bona, e. g. succurrere misero
 &c. & ipsa voluntas Dei habet pro motivo prohi-
 bendi malitiam moralem, e. g. mendacii; imo si
 ponatur non dari Deum, vel quod ad tempus fie-
 ri potest, si quis ignoret dari Deum, daretur ta-
 men actus honestus intrinsece & inhonestus in ho-
 mine, e. g. agnosceret furtum esse turpe, veniam
 deprecanti honestam &c.* (3. *Non requiritur per-
 sona superior & distincta ad obligationem legis:*
*ergo. p. a. Ipsa motiva urgentia in homine impo-
 nunt ei obligationem sequendi; certe homo se-
 ipsum potest obligare per votum, vel pactum cum
 altero; imo Deus potest permittere malum, quin
 illud prohibeat.* R. ad 1. *n. a. ad prob. 1. d. a.*
*Ipsi sunt lex, hoc est, subiectum legis, quam ipsa
 ratio intrinseca illi promulgat C. a. lex active
 obligans & dirigens n. a. natura naturata est re-
 gulata lex in subdito ut signo, sicut ars in pictura.*
*Ad 2. d. a. dicunt conscientiam esse legem ut pro-
 mulgatam, sumendo applicationem pro re appli-
 cata C. a. legem proprie & active obligantem n. a.*
*Ad 3. & 4. eadem fere responsio: sunt honesta à
 signo posteriore vel effectu legem consequente,
 non à causa honestatem formaliter constituyente,
 quæ est conformitas cum voluntate Divina obligan-
 te: paucis: Lex passiva est ordinatio Legislatoris
 nobis*

nobis impressa, *synderesis* est conservatio & habitualis cognitio hujus ordinationis, *conscientia* est actualis ejus applicatio individuo particulari. *Ad 2. n. a. ad prob. d. a.* Dantur aliqua bona radicaliter, fundamentaliter solum habentia honestatem. *C. a.* formaliter honesta *n. a.* Honestas formalis est ipsa conformitas actus cum suprema ratione dirigente juxta suas perfectiones proprias & rectam constitutionem reipublicæ humanæ. Patet ergo, quod, *si non existeret, cui parendum necessario est, scil. Deus*, nulla daretur honestas proprie talis; & quod pro tempore, quo ponitur dari peccatum, seu actus ut culpabilis, non possit dari *ignorantia Dei*, cum hic jam implicite cognoscatur sub prædicato principii obligantis. *Ad 3. n. a. ad prob. d. a.* & hæc ipsa motiva urgentia, vota libere sibi imposita, pacta &c. supponunt dari Legem naturalem præcipientem *C. a.* sine hac lege *n. a.*

Dico 2. *Criterionum Legis naturalis sunt gubernatio* 26.
Et perfectionum Divinarum manifestatio, atque easdem honorandi in nobis obligatio. Rat. 1. Per criterium intelligitur principium, ex quo eruitur, quid L. naturæ præcipiatur, aut prohibeatur: sed aliud assignari melius nequit, ut patebit ex ob. 2. Debet hic statui regula, ex qua *primario, universaliter, Et sine sequelis malis* dignosci Lex naturalis queat: sed hujusmodi est nostra, quæ à natura naturante deducit *officium* 1. erga Deum &c. quæ maximum adjumentum, ne erret tam facile, habet à *Scriptura*, quæ vel Heineccio teste summe consonat cum Jure Naturæ, & *consensu Doctorum*, qui juxta Grotium vix erit, ut erret, & non habet *difficiliorem applicationem*, quam alia quævis sententia

Dices 1) *cum Wolfio*: Melius statuitur in convenientia actionum humanarum cum natura ho-

minis præcisa voluntate Dei. 2) *Cum Welthuyfere* & *Gassendo* in conservatione sui, & utilitate propria. 3) *Cum Hug. Grotio, Pufendorfo, Thomasio* in Socialitate & bona constitutione reipublicæ humanæ. 4) *Cum aliis* in recta ratione, vel voluntate Dei, vel cultu Dei. 5) *Nostrum* fundamentum laborat circulo vitioso: *ideo sunt inhonesta & necessario prohibentur*, quia repugnant gubernationi & perfectionibus Dei, & *ideo repugnant*, quia sunt inhonesta & necessario prohibenda. *R. ad 1. n. a.* Quia hoc criterium 1^o. non explicat officium primum erga Deum, ad quem natura essentialiter ordinatur tanquam finem & à quo tanquam principium dependet. 2. Omnes virtutum actus præciperet, cum omnes conveniant naturæ humanæ. 3. Etiam conveniret atheo, & obligaret hominem per mendacia &c. curare & conservare perfectionem corporis, quæ sequelæ pessimæ. *Ad 2. n. a.* Quia 1^o. non servant *maximam Legem naturæ: diliges Deum ex toto corde.* 2^o. Qui tantum ex timore mali proprii, & spe boni agere tenetur, *nil ageret pro bono patriæ* cum jactura vitæ vel bonorum, imo ageret in suum privatum bonum contra socialitatem. 3. Sic nihil esset *contra Jus Naturæ*, quod sui conservationem & utilitatem promovet, e. g. furari in necessitate quacunque &c. honestas non mereretur propter seipsam appeti. *Ad 3. n. a.* Nam 1^o. non est *principium universale*, cum omittat *primum officium erga Deum*, & hominem extra statum socialitatis constitutum. 2^o. *Non essent prohibita*, quæ statui communitatis non nocerent, & essent præcepta, quæ huic prodesent, e. g. peccata interna, incestus primi gradus, præcepta occisio Judicis injusti, repudiatio uxoris sterilis, auxilium præstitum pessimo, dummodo sociabili; ut nihil dicam, quod hæ regulæ *veram beatitudinem* non attin-

atingant, quæ cum in hac vita dari non possit, in altera primum complenda, ad quam naturalis instinctus hominem urget. *Ad 4. n. a.* Semel intelliguntur *formaliter*, deinde *radicaliter* inhonesti, & ratio ultimata, cur necessario prohibenda sint, est infinita Dei perfectio ex se essentialiter determinata ad prohibendum omne radicaliter inhonestum.

Dico 3. *Lex Divina Evangelica N. T. inchoative introducta est in ultimo tempore vite & mortis Christi, & tunc L. V. T. inchoative abrogata est. Rat.* Tunc L. inchoative introducitur, & prior abrogatur, quando successive dispositiones ponuntur ad constitutionem & promulgationem solennem legis contrariæ legi priori: sed hoc factum ultimo tempore &c. *p. m.* Ante mortem Christi institutus est *Baptismus* probabilius, cum Christus à Joanne est baptizatus; Apostoli juxta *S. Aug. ep. 108.* ante passionem Christi sunt baptizati; instituta *Eucharistia*, & *Sacerdotium*; per mortem Christi *antiquum Sacerdotium* in velo Templi scisso fundamentaliter sublatum; per crucis sacrificium priora Sacramenta veluti figura per figuratum finita, ita tamen, ut adhuc aliquo tempore retinuerint *obligationem & effectum* in actu 2do: ergo inchoative &c.

Dices 1. *Materia Legis Veteris* adhuc dum durat: *p. a. L. diliges Deum* super omnia: proximum tuum sicut teipsum: honora patrem, ut sis longævus: solennitas Sabbati in memoriam Creatoris &c. (2. *Natura Legis V.* fuit perpetua: ergo non potuit abrogari: *p. a. Baruch 4. Hic liber mandatorum Dei, & L. que est in æternum.* Lex jejunii, & *moralia* durabant etiam ab Apostolis commendata & observata sunt: *Rom. 3. Legem*

Legem ergo destruinus per fidem? absit, sed legem statuimus, imo teste S. Leone Serm. 6. de Jejun. doctrina legis multum autoritatis præbet Evangelio. (3. Modus abrogandi non probat cessationem inchoativam L. V. p. a. Lex durat tamdiu, quamdiu non est expresse abrogata, sed moralia & judicialia præcepta sunt abrogata, de ceremonialibus nihil certum: ad Gal. 5. Circumcidens se debitor est universæ L. faciendæ, hoc est, obligatus. R. ad 1. n. a. ad prob. d. a. Durant istæ leges ut Leges V. Testamenti, & quoad promissiones felicitatis temporalis, e. g. longævitatibus hujus vitæ n. a. ut leges naturæ, & sub promissione vitæ supernaturalis æternæ C. a. Ad 2. d. a. hoc perpetuum, æternum dicit longum tempus, & qua præcepta naturalia non destruantur per fidem, imo Leges V. T. juvant ad discernenda intrinsece bona & mala C. a. aliter n. a. Ad 3. n. a. ad prob. N. M. quia potest lex variis modis abrogari, e. g. lapsu certi temporis, cessante fine, Gal. 3. instituta L. V. donec veniret semen, cui promiserat. Heb. 7. Translato Sacerdotio necesse est, ut etiam Legis translatio fieret. Circumcidens se est debitor Legis pro hoc tempore, non ut remedium peccati necessario (cum Baptismus jam fuerit institutus) sed ut professio Legis V. & pro casu ignorantia vel omisso Baptismi.

30. *Dico 4. Lex Evangelica primum cæpit obligare à die Pentecostes, quo L. Vetus est mortua. Rat. 1. ex parte Legislatoris, tunc incipit Lex obligare, quando solenniter promulgatur; & ex parte Legis, Lex prior moritur, quando cessat ejus finis, materia, tempus, & nova oritur: atqui utrumque factum in die Pentecostes, ubi Apostoli prædicabant necessitatem Baptismi &c. 2. Si una L. est contraria alteri, ortâ unâ cessat altera: atqui: p. m. L. V. erat figura & umbra novæ; tantum distin-*

distinguebat *Judaos à Gentilibus*, nova utrosque colligebat; erat *negative imperfecta*, nova autem per seipsam conferebat gratiam S. hinc Jer. 31. *Feriam domui Israel testamentum novum*, in quod Paul. Heb. 8. *dicendo novum, retractavit prius.* & Ephes. 2. *Legem mandatorum decretis evacuaus.*

Dices 1. Lex V. jam prius est mortua: p. a. 31. mortua est tempore Joannis. Luc. 16. L. & *Propheta usque ad Joannem*, vel certe tempore mortis Christi, in qua translatum est Sacerdotium, *Testamentum N. confirmatum est.* Heb. 8. (2. L. V. non est mortua à die Pent. p. a. potuit etiam postea cum fructu adhiberi, imo circumcisio pro casu omisso Baptismi debuit adhiberi in remedium peccati orig. (3. Si L. V. est mortua à die Pent. etiam eodem tempore facta est mortifera seu prohibita. p. a. *Varie duæ Leges contrariae* excludunt se: jam *toti mundo promulgata est N. L. in die Pent.* (4. L. V. erat *positive imperfecta*, & mala, adeoque necessario quamprimum prohibenda. p. a. L. Heb. 8. *non vacat culpa.* 1. Cor. 3. est *ministratio mortis & damnationis*: permittebat odium inimici Matt. 5. *odio habebis inimicum tuum*, usuram erga exteros, pœnam talionis, libellum repudii &c. (5. Si L. non statim evasisset mortifera, *Apostoli non simulate* observassent legalia, sed potuissent sine peccato serio ea observare: sed hoc non factum est, e. g. Paulus noluit Titum subire circumcisionem clam, licet prius propter populum Timotheum jusserit circumcidi, & Cephas seu Petrus Antiochiæ simulate se segregabat à Gentilibus, & accessit Judæos cum iis legalia abstinentiæ à sanguine & suffocato observans, unde Paulus ei *in faciem restitit*, quia *reprehensibilis erat*, & *Gentiles coëgit judaizare*, Gal. 2. hoc est, dedit occasionem, ut Gentiles crederent, legalia cum

cum Evangelio necessaria esse, & Judæi ipsi turbarentur. *R. ad 1. n. a. ad prob. d. a.* Mortua est tunc quoad prophetias de Christo, & obedientiam D. Patri à Christo exhibendam *C. a.* quoad obligationem legis & quidem plene *n. a.* aliud est, quod prophetiæ de adventu & factis Christi sint impletæ, aliud, quod *L.* cesset ipsa. *Ad 2. n. a. ad prob. d. a.* potuit adhiberi ut ritus quidam religiosus Legis *V. C. a.* ut observatio legis etiamnum obligantis *n. a. potuit* adhiberi, ut sic Lex Mosaica cum honore successive sepeliretur, *non debuit*, quia obligatio ejus cessavit, & pro peccato originali tollendo sufficiebat apud illos, quibus Lex *N.* nondum est promulgata, fides interna parentum cum signo quocunque externo religioso ut remedium *L. Naturæ*, apud alios actus charitatis vel contritionis, ut votum Baptismi, si Baptismum non poterant ipsa accipere. *Ad 3. n. a. ad prob. d. a.* Leges quoad omnia contrariæ excludunt se invicem *C. a.* tantum quoad aliqua *n. a.* eo ipso, quod una viam ad alteram pandat, non sunt ex toto sibi contrariæ: *deinde* in die Pent. fuerunt solum pauci Græci & Gentiles ac Judæi præsentés, hinc *L. N. successive* introducta & promulgata per orbem univèrsum est, quod probabilius completum est post 40. annos, quando post Apostolorum martyria prædicta à Daniele everfio Jerosolymæ contigit & per orbem publicata est; tunc solum *Lex V. facta est mortifera*, & pariter *remedium Legis Naturæ* sublatum, quod interim valuit, licet Christus jam advenerit, quia substantia fidei in parentibus non fuit adventus Christi hoc determinato tempore, sed Eum *venturum aliquo tempore* à Deo prædefinito, & nobis plene promulgando, quod durante hoc tempore verum fuit. *Ad 4. n. a. L. V. erat positive perfecta* in suo gradu, & tantum *imperfecta negative* relate scil. ad *L. N.*

L. N. illud est enim simpliciter seu absolute perfectum, quod *malum* prohibet, deducit ad *bonum* per timorem tanquam initium sapientiæ, *accommodatum* statui ab imperfectioribus ad altiora ducenti, habens *concomitantem gratiam*, & præcepta charitatis, quorum ope plures evasere sancti; ubi mala solum dicitur *per accidens* propter abusum hominum & traditiones perperam introductas; certe odium fugæ seu abominationis erga hostes Legis, pœna talionis à iudicibus infligenda &c. non erant mala, & odio *habebis inimicum* &c. solum à Scribis Legem interpretantibus male exposita sunt. *Ad 5. n. suppos.* quod Apostoli simulate egerint: Paulus *Cenchris* se totondit ut Nazaræi, *Ierosolymis* se purificavit, iussit circumcidi Timotheum, quia uterque ejus parens erat Judæus, mater autem Titi Gentilis: reprehensio Pauli sic defenditur ab Harduino: (1. *Nec Paulus simulate* reprehendit, *nec Cephas simulate* se segregavit à Gentilibus, cum teste Paulo *non recte ambulasset*, & testibus Cypriano & Aug. *Cephas patientia* exemplum dederit, quod non convenit simulationi ex condicto factæ. (2. *Cephas non fuit S. Petrus*, sed unus ex 70. discipulis, cujus socius Apollo: ita aperte Clemens Alex. unus ex antiquissimis, mortuus. 217. apud Eusebium L. 1. c. 12. Hist. *Historia apud Clementem ait, Cepham, de quo Paulus: in faciem* &c. *unum ex 70. discipulis ejusdem nominis cum Apostolo.* Idem probant verba Pauli, *factum ipsum, circumstantiæ* temporis & personæ. nam (3. *Paulus eod. cap.* bis nominat Petrum honorifice tanquam Petram & caput Ecclesiæ: ergo non est credibile, quod eum repente Jacobo postponat, & per despectum dicat, *visum esse tantum columnam Ecclesiæ.* (4. *Factum non convenit S. Petro, qui Act. 10. eum Gentilibus manducavit, qui c. 15. primus pala-*

lans

lam decidit, circumfionem non est necessariam, qui confirmatus in gratia à Christo iustus est confirmare Fratres suos : quis credat, eum ita errasse in materia religionis, ut reprehendi à Paulo necesse fuerit ? (5. *Nec congruit tempus* ; cum eodem fere tempore Paulus & Barnabas *Jerosolyman* ascenderint ad Petrum, Jacobum & Joannem, ut Concilio de legalibus habendo *Act. 15.* interessent. (6. *Convenientius adscribitur factum* illi, qui *1. Cor. 1.* jam à Paulo distincte post Fratres Domini positus, Corinthi prædicans occasionem dedit zelotypiæ inter baptizatos : ego sum Pauli, ego Cepha &c. cum Petrus nunquam Corinthi prædicaverit. Ita Harduin. cum Codicibus Græcis, Chronico Alexandrino, & Clemente Alex. &c. pro honore S. Petri contra opinionem S. Hieron. & Gregorii M. tempore posteriorum.

Q. 6. Dogmatico - Theorica.

An potestas Ecclesiastica sit distincta à politica ?

32. *Not.* Hæc Q. est *contra Acatolicos*, qui Magistratui tribuunt supremum jus tam in sacra quam profana, ut in Principe connexa sit vi dignitatis potestas temporalis cum spiritali, e. g. determinandi in causis Religionis, ferendis legibus, convocandis Conciliis &c. quibus accedunt illi, qui Principibus tribuunt supremam inspectionem in res sacras, & Immunitatem Ecclesiasticam ab iis dependentem dicunt, atque ab eorum duntaxat privilegio profectam.

Dico.

Dico. Potestas Ecclesiastica est distincta & in- 33.
dependens à politica Principum & populi. Rat.
 Potestas, quæ in sua origine est immediate à Christo solis Pastoribus Ecclesiæ concessa, quæ sua dignitate transcendit politicam, in suo fine omnino diversa est, perpetua traditione in sola Ecclesia conservata, & ab ipsis Principibus ut soli Ecclesiæ propria agnita est, debet dici distincta & independens à Potestate politica: sed hujusmodi est Ecclesiastica: p. m. Christus immediate Matt. 16. dedit Petro & successoribus ejus Claves ligandi & solvendi, ac potestatem pascendi, gubernandique sicut Ipse à Patre missus est: Paulus Act. 20. affirmat, Episcopos à Spiritu S. positos esse regere Ecclesiam Dei, &c. Quia Christum Ecclesiam instituendam modo regnum, modo aciem ordinatam & civitatem, corpus mysticum &c. nominat, necessario propriam gubernandi potestatem directivam unâ & coactivam ei concedere oportuit. (2. Potestas politica intra limites nature & fines imperii continetur, Ecclesiastica ad objecta spiritualia & supernaturalia fidei, gratiæ ac pœnæ elevata est. (3. Laica pro fine felicitatem naturalem, & honestatem moralem intendit, Ecclesiastica beatitudinem æternam ab Authore gratiæ & gloriæ spectare jubetur. (4. Quod Ecclesia tanquam jure suo praxi & autoritate Conciliorum ac testimonio Patrum stabilivit, id traditione conservasse dicenda est; atqui jurisdictionem propriam &c. p. m. Apostoli jam Act. 15. palam deciderunt: Spiritui S. & nobis visum est, nihil oneris vobis ultra imponere, quam hæc necessaria. Paulus 1. Cor. laudat Corinthios, quod ejus præcepta servaverint, & incestuosum ibi excommunicat. Athanasius ep. ad vit. solit. reprehendit Constantium Imp. quod se rebus Ecclesiasticis immisceat, refertque Hosium Ep. Cordubæ ei dixisse:

D

Tibi

Tibi Deus Imperium commisit, nobis ea, quae sunt Ecclesiae, concredidit. Gelasius I. ad Anastasium Imp. ep. 10. Duo sunt, Imperator Auguste! quibus hic mundus principaliter regitur, auctoritas sacra Pontificum, & regalis potestas. Similia Nicolaus I. ad Michaelem Curopalatem, & in Decreto Gratiani dist. 96. ideo rejectum est Henoticum Zenonis, *Echtesis* Heraclii, & *Typus* Constantis de naturis, voluntatibus & operationibus in Christo. (5. *Testimonium* datum ab una parte pro altera habet in iudicio robur maximum; sed ipsi Principes &c. p. m. ut taceam Constantinum M. in Conc. Nic. Theodosium Jun. in ep. ad Conc. Ephes. data, Honorium Imp. Valentinianum &c. Justinianus *authent. quomodo oportet.* ait: *Maxima sunt dona Dei Sacerdotium & Imperium, illud divinis ministrans, hoc humanis praesidens.* & Basilius in Conc VIII. *Nullis Laicis licet Ecclesiasticas causas tractare* — hoc enim Sacerdotum & Pontificum est, qui regiminis officium sortiti sunt.

Rat. 2. In L. V. longe dignitate inferiori, quam sit L. Evangelica, non dabatur Laico potestas in sacra, & Sacerdotes habebant propriam jurisdictionem: ergo à fortiori etiam in L. N. p. a. *Non assumit sibi honorem, nisi qui vocatur à Deo tanquam Aaron.* Heb. 5. *Nolens obedire Sacerdotis imperio, morietur.* Deut. 17. Ideo Saul volens offerre holocaustum rejectus, Ozias volens adolere thus lepra percussus &c.

34. Dices 1. afferendo facta (1. Potestas Ecclesiastica saltem independens primum Pontifici concessa est à Constantino M. vel Constantino IV. vel Phoca. Hinc (2. Gregorius M. vocat Mauritorium Dominum suum, nec ausus est legem de militibus in Monasteria non suscipiendis tollere, imo

imo *Leo IV.* Imperatores nominavit supremos Pontifices, *dist. 10. c. 9.* (3. *Imperatores elegerunt*, confirmarunt, & deposuerunt Pontifices: *Otto I.* deposuit Joannem XII. & constituit Leonem VIII. *Henricus IV.* deposuit Alexandrum II. & Gregorium VII. & constituit Godolaum & Guibertum. *Henricus III.* omnino tres deposuit, Sylvestrum II. Benedictum IX. & Gregorium VI. Imo (4. *pobestatem eligendi Pontificem*, cum negare jus non posset, ultro concessit Carolo M. *Adrianus I. can. Hadrianus, dist. 63.* & *Leo VIII.* Ottoni I. *can. in Synodo. ib.* postquam *Leo IV.* à Ludovico Imp. iudices petiit, quorum sententiæ se pariturum promisit. (5. *Convocatio Conciliorum* competit Principibus, imo & *presidere Conciliis*; certe actus exerciti vel jus ostendunt, vel prescriptionem. *Prima 4. Concilia*, quæ ut Evangelia quatuor habenda sunt ex mente Gregorii M. ad Imperatoribus convocata sunt, *Nicænum I.* à Constantino M. *Constantinopolitanum I.* à Theodosio M. *Ephesinum* à Theodosio Jun. *Chalcedonense* à Valentino & Marciano; taceo *Laodicense* à Constantio; fere sicut Reges in V. T. Synedriion Sacerdotum convocarunt, & (6. *ipsi Pontifices & Patres collecti decreta* ibi facta iudicio Principum subjecerunt, prout factum in Conc. Ephesino *ep. ad Augustos*, in Arelatensi & Turonensi erga Carolum M. in Moguntino & Cabilonensi &c. *R. ad 1. n. a. Constantinus* ipse vocat sæpius Pontificem Christi Vicarium, quando ei donavit bona *mobilis*, & *immobilia circa Romam*, licet ei non donaverit *ipsam Romam*, & *instrumentum* donationis, quod ab aliquibus ostendebatur, corruptum aut supposititium fuerit, ut ex Baronio, Gretschero & Spondano probat P. Schwarz, *to. 8. Constantinus IV.* cessavit ab usurpatione jurium Ecclesiæ, quæ sibi arrogabant Imperatores violenter à Justiniano

niano successively ab Eutylianis seducto usque ad Constantinum IV. ut legere est apud S. Greg. *in Psal. 5. penit. Phocas* solum declaravit, Episcopum CP. esse subjectum Pontifici. *Ad 2. Gregorius M.* explicat clare *in illa Epistola*, se tantum loqui ut hominem privatum, nec sustulit morem milites ad Monasteria admittendi, sed tamen adjunxit cautelam, ut non suscipiantur, nisi prius rite examinati & probati. *Epistola Leonis IV.* probabilius corrupta, vel conficta est, & vox: *Pontifex* sumitur improprie pro defensore Pontificiæ sedis. *Ad 3. d. a.* Constituerunt & destituerunt Pontifices per vim, aut ex zelo ultra jus extenso, aut invocati contra Pontifices male intrusos *C. a.* aliter *n. a.* *Otto I.* Joannem amovit, quia hic patris sui potentia intrusus valde male in Pontificatu vixit: *Henricus IV.* fuit hostis fere maximus Pontificum, duos Antipapas constituit: Tempore *Henrici III.* Sylvestrum expulit Benedictus utpote intrusus, Benedictus & Gregorius sponte cesserunt Papatu. *Ad 4. n. a.* Quia hæc concessio teste Baronio ad an. 774. & 964. est à schismaticis afficta Adriano I. & Leoni VIII. *Leo IV.* tantum judicio discretionis se subjecit, non coactionis. *Ad 5. n. a.* vel *dist.* Autoritate sua, ut capita convocarunt Conc. *n. a.* delegata solum, & ut defensores Ecclesiæ *C. a.* *Nicanum II. de I. testatur Act. 18.* quod convocatum sit simul etiam autoritate Sylvestri. CP. I. convocavit Damasus, quia facti sunt PP. ipsi collecti teste Theodoro, *L. 5. Hist. ex mandato literarum Papæ ad Theodosium* missarum se convenisse. *Ephesinum* convocatum est à Cælestino industria Cyrilli Legati Apostolici, ut ipsa *Papæ epistola* ad hunc data explicat. *Chalcedonense* rogante Marciano *per epistolam* à Leone I. convocatum est. Imo ipsi Reges Judaici Sacerdotes suos amice solum invitarunt ad solenni-

solennitates, non imperio coëgerunt. *Ad 6. d. a.* Subjecerunt Papæ & Patres *decreta Conc.* ut Advocatis Ecclesiæ pro urgenda executione *C. a.* tanquam iudicibus pro decisione *n. a.* ad Carolum M. usi sunt quidem majori expressione, sed solum tanquam formulâ urbanitatis, & quia aliqua Laicos concernebant; fortassis erant occasio *placeti regii*, quod particularia Conc. expectabant. Cæterum notum est, quid contra Ecclesiam jam olim attentarint *Comites Tusculani*, Adalbertus cum Theodora & fil. Marozia.

Dices 2. ex ratione &c. (1. *Non datur status in statu*, hoc est: non dantur duæ supremæ potestates independentes in mundo: ergo Ecclesiastica non potest combinari, nisi sit subiecta politica. (2. *Immunitas est privilegium Justiniani*, quod tolli rursus potest, sicut datum est; certe sæpius jam fuit *variata*: ergo non est Juris Divini. (3. *Ecclesia Christi est solum unio in fide & gratia*, cujus arma alia non sunt, quam preces & lachrymæ, ut Ambrosius *orat. contra Auxent.* Imo *c. tributum. xi. q. i.* ex eodem dicitur: *Agri Ecclesiæ solvunt tributum; si agros desideret Imperator, potestatem habet vindicandorum &c.* ita cum Febronio & Lochstein hodie quidam. *R. ad 1.* Axioma recens suscitatum *d. a.* non datur status in statu, si status isti sint diversi in se & suis functionibus *n. a.* si nulla diversitas detur, sed eadem utriusque sit dignitas, ratio, & ordinatio functionum à Deo introducta *C. a.* in eadem *navi* potest dari Gubernator aliquis nauticus & militaris functionibus diversis præpositus; possunt in eadem urbe cives simul esse milites, civili & militari potestati subiecti; potest Ecclesiastica potestas bellum gerere contra Politicam &c. *Ad 2. n. a.* Christiani, etiam Laici jam erant exempti tempore Pauli

1. Cor. 6. *Audet aliquis vestrum habens negotium adversus alterum judicari apud iniquos, & non apud sanctos?* imo Deut. 17. *Nolens obedire Sacerdotis imperio, moriatur &c.* ubi Sacerdotibus datur potestas: exemptionem agnovit jam *Conc. Romanum* 200. annis ante Justinianum cum Carthag. III^o. cum aliis: *Clemens Pap.* 400. annis prius cum aliis. *Constantinus M. Imp.* cum aliis 200 annis prius apud *Rufinum L. 10.* vide *L. decernimus. Cod. de Episc. audientia*; & quia immunitas est Juris Divini in thesi, non potest saltem ex toto ei præscribi. Dein etiam privilegium, quo conceditur exemptio à Jurisdictione alicujus, personis non subditis, cum consensu totius Reipublicæ Christianæ, & quidem in remunerationem transit in pactum, & est irrevocabile: nempe *C. in qualibet.* ait Imp. stabiliens privilegia *scientes magis Religionibus, quam officiis & labore nostram rempublicam contineri.* *Ad 3. d. a.* Ecclesia est unio qualiscunque cum Christo *n. a.* sub uno visibili Vicario Christi cum concessione jurisdictionis veræ & sibi propriæ erecta *C. a. S. Ambrosius* opponit preces & lachrymas dominatui despotico per arma militaria, non vero coactivo per arma spiritualia, quibus ipse usus esse scitur: *reliqua* loquuntur *de vi,* cui sæpe cedendum esse ad majora mala avertenda suadet prudentia: quod vero *in V. T.* actum est, *e. g.* quando *Josaphat* constituit Jerosolymis Sacerdotes, abstulit lucos seu sylvas, in quibus diis sacrificabatur &c. fecerunt Reges causa *provisionis,* jure *defensionis* & cum *consensu Pontificum,* aut in criminibus *mixti fori,* non jure regiminis sacri ac jurisdictionis. Sic *Capitulare Aquisgrani* à *Carolo M.* factum est ex permisso Episcoporum, ex veteribus Canonibus, & cum Sacerdotibus, unde mirum non est, quod Clericis aliqua præscribat; aliter de *libris Carolinis,* qui multa *inconvenientia* conti-

continent circa cultum imaginum &c. hinc licet ultimum Capitulum Hadrian. I. laudaverit, utpote solum à Carolo M. Episcoporum Franciæ Capitulis adjectum anno 790. tamen postea 1549. ab hæretico in lucem protracti & multis falsitatibus corrupti sunt. V. Bernini *to. 2. ad sec. 8.* Ex dictis solvitur *objectio Claud. Fleury*, qui potestatem Pontificum dicit injustam usurpationem ortam ex falsis *Decretalibus Isidori Mercatoris*, qui perperam credebatur esse M. Isidorus Hispanensis, ex abusu *Gregorii VII.* postea inter Sanctos relati, & *Innocentii III.* quippe licet *abusus* aliquando irrepsisset, non ideo negandus est *usus*, ut tamen male optat Platina & Matthæ. Paris hostes Pontificum, ex quibus Fleury hæc scripsit; deinde etsi *Isidorus* hic, qui vixit circa annum 750, in sua editione Conciliorum *Epistolas decretales* 74. circiter supposititias immiscuerit, tamen etiam genuinas habet *ante*, & omnes fere *post Siricium* anno 385. electum, & nos nil ex *Isidori Decretalibus* deprompsimus, quia omnes ejus *Epistolæ* habent *eundem stylum*, quod à diversis Pontificibus supponi nequit; quia adhibent *vulgatam*, quæ primum 24. annis post *Siricium* ab Hieronymo adornata est; quia compilatæ ex decretis Pontificum & Conciliorum *Siricio posteriorum*, quæ tamen quasi à prioribus edita allegat; quia falsas adhibet *notas* temporum & Consulium; quia tacet de *controverſiis* primorum sæculorum &c.

Q. 7. Dogmatico - Practica.

An lex humana obliget in Conscientia?

Not. Tres sunt hic adverterarii. I. *Waldenses* 36. & *Lutherus* de captiv. *Babyl.* ait: *Clamo fiden-*

fidenter, Christianis nihil ullo jure posse imponi legem; liberi enim sumus ab omnibus. 2. *Joan. Hufs* malos solum Principes excludit à potestate ferendi legem valide, quem *Wicleffus* secutus est. 3. *Gerson* docuit, hominem non posse legem per se ferre, sed declarare solum legem Dei, qui per hominem tanquam promulgatorem solum loquitur.

37. Dico. *Datur lex humana ex se obligans in conscientia sive feratur à legitimo Superiore Ecclesiastico, sive Politico, etiam malo & acatholico, modo legitime.*

Rat. 1. Paulus ad Rom. 13. Omnis anima potestati superioribus subdita sit; qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit — subditi estote non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Ubi tria dicit Apostolus: hominem subditum teneri obedire: hanc obedientiam provenire ex ordinatione Dei: & obligare in conscientia sub culpa. 2. *Gubernator habere debet potestatem, & hanc habet participatam à Deo, & ita, ut possit consequi finem suum: ergo potest legem ferre obligantem in conscientia. p. a. & C. Ubi non est Gubernator, corrumpet populus, Prov. 11. Deus potest sua potestate obligare in conscientia, eamque sic communicavit hominibus, cum etiam Cæsari & Ethnicis Imperatoribus Luc. 20. jubeamur à Christo obedire, & hi non obtinerent observationem legum in casu impunitatis, cum malus magister sit solus metus poenæ, & subditi boni privarentur merito obedientiæ, & mali non fatis coërcerentur, quod vel Machiavello visum est.*

38. *Dices 1. Tim. 1. Lex justo non est posita: Dominus legifer noster. Isa. 33. 2. Lex humana cedit*

cedit in *prajudicium Dei*, cum sic non satis prospexisset Ecclesiæ & communitati humanæ.

3. Omnis lex humana *deducta est ex principiis Legis æternæ Dei*, aut Juris Naturæ, & omnis *obligatio* effectus est legis Divinæ: ergo homo solum est præco illius. 4. *Ex parte subditi* forum conscientiæ est forum Dei, quod est superius humano. 5. *Ex parte legislatoris*, hic nec potest ligare, de quo non potest judicare: sed humanus legislator civilis non potest judicare in foro interno &c. nec *vult* obligare, quia non exprimit obligationem sub peccato, sed ad summum sub pœna temporali. 6. *Ex parte finis* potestas sæcularis solum intendit tranquillitatem externam. *R. ad 1. d. a.* Lex V. T. & comminativa sponte obedienti *C. a.* Lex N. T. & simpliciter directiva *n. a.* Christus legifer noster principalis, supremus sed non solus est. *Ad 2. n. a.* Quia potestas humana est ab ipso derivata, pro circumstantiis vult leges novas condi, & regi homines per homines: tulit ipse leges ad sufficientiam pro generali directione communitatis, & reliquit potestatem legislativam pro circumstantiis occurrentibus, quod satis est. *Ad 3. d. a.* Deducitur omnis humana à lege æterna Dei mediate, remote quoad potestatem à Deo participatam, & normam idealem *C. a.* immediate quoad formam ejus intrinsecam *n. a.* licet Confessarius habeat potestatem absolvendi à Deo, tamen ipse homo vere absolvit; ergo etiam Legislator &c. *Ad 4. d. a.* Est forum Dei sive immediate per se, sive mediate per hominem à se constitutum obligantis *C. a.* tantum per se immediate præcipientis *n. a.* Legislator humanus semper agit ut *minister Dei*, sed tamen plus, quam solus promulgator, seu *nuntius simplex* voluntatis Domini sui. *Ad 5. n. a.* Sufficit, quod alium habeat, qui loco sui transgressores judicet & puniat; nec

conjuncta esse debet potestas directiva cum coactiva; dein actus externos possunt judicare. *Alterum d.* Non vult obligare verbis explicitis sub peccato *C. a.* implicite *n. a.* hoc ipso, quod ferat legem, cujus natura est obligare in conscientia, jam intelligitur effectus ex sua causa, à qua naturaliter descendit. *Ad 6. d. a.* Vult tranquillitatem externam, sed obtinendam per medium obligans in conscientia, adeoque per medium in aliquo sensu spirituale vel morale *C. a.* per medium mere materiale *n. a.* neque dicas: Leges humanæ passim enervantur fugiendo, appellando, supplicando, aut per præscriptiones, consuetudinem, privilegium &c. ut vi careant. *R. n. a.* Fuga hominem non liberat ab obligatione legis personalis, conscientia, & Deo vindice; aliter non nihil loquendum de lege mere locali. 2. *Appellatio* à supplicatione differt per hoc, quod *appellatio* ab inferiore Legislatore ad superiorem interea suspendat obligationem legis, uti etiam sententiæ judicialis, *supplicatio* autem imitetur appellationem à censura, quarum neutra suspendit interim effectum. 3. Pariter est lata diversitas *privilegii*, quod habet vim maximam, *consuetudinis*, quæ est media, & *præscriptionis*, quæ est infima. *Præscriptio* concernit personam privatam, tendit ad obtinendum vel rejiciendum jus proprietatis aut privilegium, & requirit pro fundamento habilitatem personæ ad possessionem rei præscribendæ; quod si persona esset inhabilis ad præscribendum, habilitari per privilegium potest: e. g. Laicus est inhabilis ad acquirendum jus electionis Ecclesiasticæ, jus decimandi Ecclesiasticum, jus statuendi impedimenta matrimonii &c. hæc inhabilitas tolli potest per privilegium, sicut jam dudum Laici sunt habilitati ad jus nominandi & præsentandi Ecclesiasticum per *cap. 3. de Jure patronat. & cap. ult.*

*ult. de concess. prabend. Consuetudo concernit communitatem, tendit ad introducendam vel abrogandam legem, & requirit pro fundamento consensus legalem, aut tacitum Legislatoris; quod si ejusmodi consuetudo jam prius à lege vel canone dicta esset abusus vel corruptela, posset in re non intrinsece mala Legislator per quasi privilegium hanc legem vel canonem limitare pro casu saltem particulari, e. g. quia Beneficiati solum ex L. Ecclesiastica juxta probabiliorem tenentur superflua erogare in causas pias, potest consuetudo induci testandi ad causas profanas juxta P. Schmalzgruber, tit. 26. de testam. n. 83. Variæ regiones per consuetudinum contrariam derogarunt quibusdam constitutionibus Pontificiis quoad pœnam censuræ, quin easdem abrogarint quoad culpam juxta axioma: *quidquid potest Princeps per legem, hoc pariter potest consuetudo rationalis.* Si aliqui ex SS. PP. petunt abrogari leges humanas, e. g. Aug. ep. 119. ad Januarium, Bernardus L. 1. de considerat. ad Eugen. loquuntur de legibus noxiis male introductis, vel de executione legum inconuenienti, ubi quidam Ecclesiastici judicis civilibus se immiscebant: *sedisse Apostolos judicandos, sedisse judicantes non lego*, ait Bernard. *ib.**

Q. Pro declaratione materiæ hujus oppido necessariæ *quandonam consuetudo prævaleat legi, aut libertati? quandonam lex prævaleat privilegio?* sint seqq. propositiones.

Prop. 1. *Consuetudo ut prævaleat legi contrariæ, requirit quatuor.* 1. *Rationabilitatem Cause, e. g. liberationem ab onere nimio, modo actus à consuetudine intentus non sit contra legem Dei, aut à L. Ecclesiastica dicatur abusus & corruptela.* c. 1. de consuetud. in 6. 2. *Ut populus inducens*
 consue-

consuetudinem habeat *intentionem generalem* seu interpretativam sic perpetuo agendi. 3. Actus aptos, & *liberos* cum scientia dari legem prohibentem, & absentia metus gravis agendi contra legem, e. g. Germani ut inducerent licentiam lacticianorum in jejunio, ut Clerici inducerent licentiam testandi ad causas profanas ex residuis beneficialium, ut aliqua Communitates inducerent immunitatem à quarta funerali, & spolio, licentiam mercatus die festo &c. debuerunt scire legem contrariam &c. 4. *Tempus longum*, hoc est 10. annorum.

Prop. 2. Ut consuetudo praevaleat libertati, & introducat legem consuetudinariam, requirit 1. Causam rationabilem. 2. Intentionem generalem, ut actus praeter legem perpetuo observetur. 3. Scientiam, quod hic actus introducendus nulla lege priore praecipitur, e. g. si Clerici scivissent, aut putassent, Breviarium esse prius aliqua lege Apostolica praecipitum, ejus recitatio non foret lex consuetudinaria; idem est de oblationibus ad aram alicubi &c. 4. Tempus 10. annorum. Consuetudo autem haec *legitima probari debet* argumentis seqq. 1. Si actus ex se difficiles diu à communitate observantur, quae non praesumitur hoc factura sine obligatione. 2. Si ejus obligatio valde conducit ad bonum communitatis. 3. Si Superior transgressores punit, aut reprehendit. 4. Si populus omissione actuum scandalizatur. in dubio autem interpretandum pro consuetudine libera & devotionali.

Prop. 3. Lex praevalet privilegio in tribus circumstantiis. 1. Si privilegium non directe afficit immunitatem à lege, e. g. Cajus in loco interdicto existens obtinet privilegium audiendi sacrum, tenetur

netur eo uti die festo, sicut liberatus à vinculis carceris, ut Suarez. Sotus & Navarrus docent.

2. Quando privilegium *censetur per abusum esse amissum* vel utendo privilegio ad malum, e. g. si sigillo proprio à Superiore concessio ad res officii utaris ad infames literas; vel transeundo *limites privilegii*, e. g. si ex collectura eleemosynæ gratuitæ facias exactiones obligatorias; vel agendo contra *finem privilegii*, e. g. si oblationes ad ornatum templi datas impendas ad ornatum domus tuæ.

3. Quando privilegium *habetur pro amisso ex non usu*, ad quod requiruntur quatuor conditiones: Ut privilegium sit *odiosum*, hoc est præjudicans Juri communi, aut pluribus, aut uni ex communitate, e. g. privilegium colligendi decimas novalium, aut eleemosynas in certo districtu, expectativum rescriptum ad beneficium proxime vacaturum & juxta caudidos jus asyli. Ut *non usus sit diuturnus*, hoc est, tanto tempore durans, quantum requiretur ad hoc jus positive præscribendum, e. g. si decimas non colligas 40. annis contra Ecclesiam, si non colligas 10. annis easdem contra Clericum privatum, non utaris operis rusticorum, præstationibus annuis, aut servitute 10. annis contra dominum privatum. Ut *interim data sit occasio utendi*, e. g. civitas non amittit jus gladii, si per multos annos non sit comprehensus reus, nec familia jus sepulturæ in alieno loco sacro, si diu nullus sit ex ea mortuus. Denique ut *actus contra privilegium forte exercitus non fuerit in casu extraordinario* positus, e. g. non perdis privilegium immunitatis à tributis dandis, si ea dedisti ingruente gravi reipublicæ necessitate, nec immunitatis à decimis, si eas Parocho solvisti tempore, quo hic victu necessario carebat; nempe dormit interim privilegium, & finito casu rursus currit. Et horum, quæ hic

recen-

recensita sunt, ignoratio non raro partes lite inutili inter se collisit.

Prop. 4. Probabile est, quod *sententia Judicis legitime lata, si transeat in rem judicatam juxta Jus statutarium*, locum habeat in foro conscientiae *instar legis*, adeo, ut si post hoc tempus aliquod instrumentum contrarium eruatur, sententia tamen subsistat. *Rat. 1.* *Authoritas P. Wiestner, Schmalzgr. Pichler cum septem aliis.* 2. Si causa est finita per transactionem, transactio in hoc casu subsistit: ergo & sententia, cum conclusio in causa ante sententiam facta sit quasi libera partium conventio in eventum sententiae, nisi facta esset cum reservatione, conditione, protestatione, quo casu non procederet conclusio. 3. *C. 13. de sent. & re judicat.* expresse dicitur: *Jus ex sententia factum est, postquam in rem transit judicatam, etsi contra jus litigatoris lata fuisset.* Certe sicut praescriptio transfert jus absolutum postquam completa, estque introducta, ne lites multiplicentur, res non maneant incertae &c. sic sententia Judicis autoritate publica lata. 4. Formaliter justum pro foro externo censetur pariter tale in interno &c. *Applicatio. 1.* Si Judex adjudicat *debitum solvendum* illi, qui ex allegatis & probatis in processu praevalet. 2. Si debitor non solvit, immittit Judex creditorem in bona debitoris primo quidem decreto *in custodiam* bonorum debitoris, secundo autem decreto post annum *in possessionem*, ut ea debito tempore velut sua praescribat, vendat aut retineat, ita tamen, ut, quod superat debitum, debitori restituatur. 3. Si e. g. Titius *conduxit bonum vitalicium*, & subito moriatur, fructus hujus boni per sententiam, aut consuetudinem sic dividendi veniunt; si est *usufructus*, fructus pendentes adhuc pertinent ad dominum

minum directum, jam collecti ad hæredes Titii; si vero sit feudum, fructus primi semestris incipiendo à mense Martio, quo incipiunt progerminare, pertinent ad hæredes Titii, & fructus 2di semestris incipiendo à mense Septembri pertinent ad dominum directum, cum his ultimis mensibus solus fundus & fundi dominus attendatur. V. L. 2. feud. tit. 28. ergo si Titius vasallus moriatur 2do Martii, omnes fructus, non attendendo, an pendentes, an collecti sint, pertinent e. g. ad duas filias Titii, si 2. Septembris, omnes promiscue ad dominum directum. Sic tacita hominum conventio, salvo tamen Jure Statutarii.

De Sacramentis universim.

Q. 8. Dogmatica.

De natura & numero Sacramentorum.

Not. Errores novatorum & hæreticorum in compendio hi sunt partim ex S. Epiphanio L. de hæres. Theodoro L. de hæreticorum fabulis, partim ex recentioribus Polemicis. 1. Archontici ceu protohæretici fere oppugnabant omnia Sacramenta, ut adeo applicatio redemptionis consistat in sola cognitione veri Dei. Manichæi cum Gajanis Baptismum, cum Enkratitæ matrimonium, Novatiani confirmationem & pœnitentiam, Petrobrusiani cum Joan. Scoto Erigena an. 880. cum Berengario Archidiac. Andegav. Eucharistiam, Albigenses extr. unctionem, Thaudemi ordinem. 2. Hos secuti præter Lutherum, Calvinum & Melancthonem Authorem Augustanæ Confessionis tres
Sacra.

*Sacramentarii Carolstadius Canonic. Wittemb. Oecolampadius Monach. & Zwinglius Paroch. & quatuor combinatores, Cailly Paroch. Cadomi, Thierry de Maixnes Monach. Ellies Dupin & Courayer, qui ex Ecclesia Anglicana & Gallicana mixtum quoddam spurium facere conabantur; ut nihil dicam de illis, qui ipsam clavem Sacramentorum, seu Baptismum adulterabant, quales quatuor primarii ratione formæ fuere: Paulianistæ: *Baptizatur N. in nomine Patris per Filium in Spiritu*. Apostolici: *Baptizo te in tribus sine initio principis, tribus Filiis, & tribus Paracletis*. Eunomiani non ultimi ex Arianis: *Ego te mergo in mortem Christi, & Montanistæ: Ego te baptizo in Patrem, & Filium Montanum & Priscillam*. Dum interim quatuor alii materiam corrumpere, *Marcosii oleum, Armeni quidam lac, Flagellantes sanguinem, & Jacobitæ ignem* adhibentes.*

2. Cum maximum hic negotium facebant Græci, ritus Ecclesiæ nostræ Latinæ & Græcæ recensere quoad essentialia materiæ & formæ. *Baptismi mat.* aqua elementaris & ablutio. *Forma Lat.* *Baptizo te in nomine P. & F. & Spiritus S.* *Græca: Baptizetur servus Christi in nomine P. & F. & Sp. S.* (2. *Confirmationis mat.* chrisma & inunctio in fronte. *Forma Lat.* *Confirmo te &c.* *Græc. S. primum chrismate inungentes, & frontem & oculos & aures &c. consignantes dicimus: Signaculum doni Spiritus S.* (3. *Eucharistiæ mat.* Lat. panis azymus & vinum è vite. *Form.* *Hoc est corpus meum: hic est calix sanguinis mei.* *Græc.* panis fermentatus. *Form.* *Rogamus te Christe, ut Sp. S. panem hunc faciat corpus S. Jesu Christi.* sic de vino. (4. *Pœnitentiæ mat.* peccata personalia hominis baptizati & confessio dolorosa. *Form.* Lat. deprecatoria usque ad

ad Sæc. XII. tum indicativa : *absolvo te à peccatis tuis*. Græc. aliquorum saltem : *D. Jesu! remitte, relaxa, condona peccata*. (5. *Ext. unctio* mat. oleum benedictum. *Form. Lat. indicativa usque ad Sæc. XII. tum deprecativa: per istam unctioem indulgeat tibi Deus, quidquid deliquisti*. Græc. semper deprecatoria, saltem adjuncta indicativæ : *ingo te, ut more militis aereas possis superare potestates*. (6. *Ordinis mat. Lat. porrectio instrumentorum* : Græc. semper impositio manuum. *Form. Lat. accipe potestatem vel, accipe Spiritum S. &c.* Græc. *Divina gratia promovet N. Venerabilem in Presbyterum*. (7. *Matrimonii mat. corpora habilia, traditio juris. Form. acceptio juris mutui in corpora, vel signa externa traditionis & acceptationis, cui Sacerdos addit ut cæremoniam* : *Ego vos conjungo in matrimonium*, Græci addunt impositionem coronæ, & orationem.

Dico jam 1. Sacramentum in genere bene definitur : *Signum sensibile divinitus institutum ad consecrandum subjectum suum Deo*. Unde quia Sacramenta V. L. conferebant solum sanctitatem extrinsecam seu *legalem*, qua aggregabatur subjectum populo electo, cui credita sunt eloquia Dei, Sacramenta autem internam seu *sanctificantem*, definitur Sacramentum N. L. *Signum sensibile divinitus institutum ad conferendam subjecto suo gratiam sanctificantem*. Rat. Hæc definitio convenit iis, quæ certo constant nobis ex revelatis, convenit omni & soli Sacramento, convenit sensui & praxi Ecclesiæ. Certe Aug. contra Faultum L. 19. c. 11. ait : *In nullum nomen Religionis sive verum sive falsum coagulari homines possunt, nisi aliquorum Sacramentorum visibilium consortio colligantur*; & sicut omnes Religiones Deos suos aliquo sacrificio coluere, ita aliquibus sensibilibus ritibus

tibus velut milites in miliciam adunatæ sunt. In specie convenit definitio remedii peccati originalis in L. Naturæ, de quo Aug. contra Julianum L. I. c. II. *Nec ideo credendum est, ante circumcissionem famulos, quibus inerat Mediatoris fides, nullo Sacramento Ejus opitulatos esse parvulis suis; quamvis, quid illud esset, aliqua necessaria causa Scriptura voluerit.* Convenit circumcissioni, quæ sub Abrahamo 400. annis ante Moysen orta perseveravit in L. scripta usque ad Christum per 2000. annos præter alia Sacramenta purificationum &c. &c.

42. Dico 2. *In L. gratiæ sunt septem Sacramenta præcise, quæ à Christo instituta constant rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, & virtute causandi gratiam sanctificantem.* Rat. 1. Perpetua traditio Apostolica ex principio Aug. de Baptismo L. 4. c. 24. *Quod universa tenet Ecclesia, nec à Conciliis institutum, sed semper retentum est, non nisi auctoritate Apostolica traditum certissime creditur,* hoc est, à Christo constitutum & per Apostolos promulgatum est maxime, quando Ecclesia opiniones contrarias statim, ut natæ sunt, ut errores in fide aut hæreses damnavit: hujusmodi est doctrina de Sacramentorum numero. 2. *Signa characteristicæ Sacramenti conveniunt solis & singulis his septem Sacramentis, Baptismo, Confirmationi, Eucharistiæ, Pœnitentiæ, Ext. Unctioni, Ordini & Matrimonio. p. 6.* Hæc signa sunt tria, ut detur ritus sensibilis constans rebus & verbis; ut *promissio gratiæ* immediate ipsi actioni cum debita intentione positæ facta; ut *mandatum Christi* usurpandi hanc actionem ad significandam & causandam gratiam in subjecto recipiente: sed hæc dantur, ut ex verbo scripto deducitur.

1. De Bapt. *Marc. ult. ritus : Baptizantes eos. gratia : qui baptizatus fuerit , saluus erit. mandatum : ite &c.*

2. Confirm. *Act. 8. ritus : Imponebant manus. gratia : accipiebant Spiritum S. mandatum : factum ipsum Apostolorum , qui sine mandato Christi non ausi fuissent hoc palam facere.*

3. Euchar. *Joan. 6. ritus : Accepit panem &c. gratia : qui manducaverit , vivet. mandatum : nisi manducaveritis.*

4. Pœnit. *Joan. 20. ritus & gratia : Quorum remisistis. mandatum : ego mitto vos , sicut me Pater.*

5. Ext. Unct. *Jacob. 5. ritus : Orent super ipsum. gratia : si in peccatis sit , remittuntur. mandatum : inducat Presbyteros.*

6. Ord. 1. *Timoth. 4. ritus : per impositionem manuum. gratia & mandatum : resuscites gratiam , quæ in te.*

7. Matrim. *Ephes. 5. ritus : Matrimonium magnum Sacramentum. gratia & mandatum : in Christo & Ecclesia. Quibus omnibus addi possunt alii adhuc textus , e. g. Ephes. 5. Ut sanctificaret Ecclesiam mundans lavacro aquæ & verbo vite. Act. 8. Imponebant manus super illos. & accipiebant Spiritum S. Jac. 5. Confitemini alterutrum peccata vestra. Unde tertium Florent. in decret. ad Armenos una cum Ecclesia Orientali profitetur septem Sacramenta , & Trid. S. 7. can. 1. anathema dicit , si quis dixerit , Sacramenta N. L. non fuisse omnia a Christo D. instituta , aut esse plura vel pauciora quam septem. Idem docent S. PP. sic Aug. de Baptismo L. 5. c. 20. Audit Deus deprecantem super aquam Baptismi , super oleum ,*

super Eucharistiam, super capita eorum, quibus manus imponitur.

43. Dico 3. *Hæc tamen Sacramenta non potest Ecclesia substantialiter mutare, sed quadam accidentaliter circa illa.* Rat. 1. Apostolus 1. Cor. 11. declaratis substantialibus circa Eucharistiam, de accessoriis addit: *Cetera, cum venero, disponam.* Unde Trid. S. 21. c. 2. docet: potestatem in Ecclesia relictam esse in *Sacramentorum dispensatione salva eorum substantia* mutandi aliqua & statuendi. 2. *Conueniens est*, ut Dominus peregre ædiens administratori suo relinquat aliquam potestatem pro diversis circumstantiis ex prudenti arbitrio aliqua disponendi; quod *Ecclesia sæpe fecit*, quæ in his materiis concernentibus fidem aut media salutis errare nequit juxta Aug. regulam: *Non crederem Evangelio, nisi me Ecclesia doceret auctoritas.*

44. *Dices contra 1. C. Definitio Sacramenti debet explicare, Sacramentum esse signum stabile instar legis; ideo enim in statu innocentie nullum fuit Sacramentum, quia brevi tempore duravit, & Symbolicum, seu signum habens similitudinem cum suo effectu.* 2. *Sacramenta V. L. vel non fuerunt Sacramenta, vel æqualia nostris, ut Innoc. III. c. majores. 3. de Bapt. quia causabant etiam gratiam sanctificantem, ut remedium L. Naturæ, & circumcisio; siquidem remittebant peccatum originale, & omnis remissio fit per infusionem gratiæ.* 3. *Remedium L. Naturæ non fuit Sacramentum. p. a. Non habuit ritum externum; & fides parentum vel ministri interna non potest alteri prodesse, non agit ex opere operato ex ipsa actione immediate, aut merito alieno Christi, maxime, si parentes fuissent in statu peccati.*

4. *Cir-*

4. *Circumcisio* non fuit Sacramentum. *p. a.* Sacramentum debet esse *medium commune*; circumcisio solum parvulis & quidem die 8vo duntaxat. Certe Christus *Rom. 15.* dicitur *Minister circumcisionis*, & tamen certum est, in N. L. non esse Sacramentum: ergo nec prius. *Similia* de esu agni paschalis, sacrificiis pacificis vel pro peccato, quæ simul fuere tunc Sacramenta. *R. ad 1. n. a.* Prædicatum *Stabile* esse essentialia negat *Arriaga* cum aliis: *Symbolicum* satis exprimitur per definitionem & est proprietas emanans primum ex signo practico sanctificationis. *Ad 2. n. a.* Innoc. non intendit paritatem in effectu, sed in applicatione, quod infantes merito baptizentur contra Anabaptistarum prædecessores, sicut olim circumcisi sunt. *Prob. d.* Causabant gratiam sanct. ipsa Sacramenta *V. L. n. a.* fides interna ministrorum, quam continebant Sacramenta. *C. a.* Paulus ipse Sacramenta vocat *Gal. 4. infirma & egena elementa.* *Heb. 7. nihil ad perfectum adducebant.* *PP. ante Aug.* circumcisionem valde deprimunt ut præcisam à fide interna, *PP. post Aug.* attollunt illam propter fidem inclusam. *Ad 3. n. a. ad prob. d. a.* Non habuit ritum externum nobis notum vel à Deo determinatum, sicut etiam Christus aliqua Sacramenta non in specie infima determinavit. *C. a.* aliquem in communi, e. g. elevationem infantis versus cælum, elevationem manuum cum oratione, sacrificium *n. a.* fides ob bonum prolis ex promissione Dei speciali, privilegio, & meritis Christi ex opere operantis operabatur de congruo in iustis, ut conditio in non iustis parentibus, fere ut solent applicari indulgentiæ per modum suffragii. *Ad 4. n. a. prob. d.* Non fuit universale medium, cujus defectus tamen suppleri potuit per aliud medium, e. g. remedium L. Naturæ. *C. a.* non supplebile *n. a.* Christus dictus est *Minister*

minister circumcisionis, non, ut *Minister Sacramenti*, sed ut *Prædicator*, missus à *Patre* ad prædicandam *Judæis* circumcisionem. Ex quibus patet 1. rejiciendas esse definitiones hæreticorum, 1. *Soci-nianorum*, quod *Sacramentum* sit: *Signum distinctivum Christiani à Judæo & Gentili*. *Anabaptistarum*: *Admonitio ad vitam bonam*. *Zwinglii*: *Oppignoratio sui ad militiam Christi*. *Calvini & Lutheri*: *Sigillum obsignans promissionem gratiæ, vel excitans fidem in Christum*. Patet 2. *Deum* nunquam destituisse *homines* etiam *parvulos* mediis necessariis salutis, cum *remedium peccati originalis* vel *propriæ* vel *parentum libertati* allegarit, eosque *internis inspirationibus* hortatus sit.

45. *Dices contra* 2. C. Non sunt septem præcise *Sacramenta*: *p. a.* Si numerus septenarius esset *dogma*, deberet ex *Verbo tradito*, vel *scripto* id constare: neutrum fit. *p. m.* (1. *Traditio* ut sit legitima, debet esse *constans* à tempore *Apostolorum*, *universalis*, per *S. PP.* propagata tanquam testes: talis non est *nostra*, cum *Cyrillus Lucaris* Ep. Græc. 1638. in formula fidei Legato *Hollandico* tradita cum *Ecclesia Orientali* duo solum *Sacramenta* profiteatur. (2. *Scriptura* nullibi assignat plura *Sacramenta*, & septem determinate, quod in re summi momenti fieri oporteret. (3. *S. PP.* nullibi septem *Sacramenta* enumerant; imo *S. Chrysof.* duo tantum, quæ ex latere *Christi* fluxerunt, *sanguis*, & *aqua*, hoc est, *Eucharistia* & *Baptismus*. *S. Ambros.* L. 3. de *Sacramentis*. & can. *multi. caus.* 1. q. 1. tria, aquam, *chrifma*, *sanguinem* &c. (4. Imo referunt plura. *Cyprianus* etiam *lotionem pedum* in *cœna* ult. L. de *cardinal. Christi operibus*. quia habet ritum, *promissionem gratiæ*: *si non laveris te, non habebis partem in*

me,

me, & mandatum : sicut ego feci, ita & vos faciatis. alii *martyrium*, cum ex opere operato conferat gratiam, alii *sacrificium*, ut in V. T. alii *aquam benedictam* vel *Sacramentalia*, quæ vocant *mysteria*. (5. *Signa characteristica Sacramentorum* sunt gratis excogitata, partim quia etiam conveniunt *Baptismo Joannis*, partim etiam *Sacramentis V. L.* quæ fuerunt actiones Dei, sicut nostra actiones Christi. (6. De facto nos *numeramus plura*, sc. *Baptisimum* flaminis & sanguinis, duæ *Eucharistiæ* in fieri, unum, alterum *permanens* in facto esse, *confessionem* privatam & publicam, *ordines* saltem 3 hierarchicos, quorum quivis est *Sacramentum*. (7. Non omnia constant rebus, ut confessio, aut verbis, ut *matrimonium*. *V. Synopsis Theol. tripart. moral. R. n. a. ad prob. C. M. n. m. ad 1. C. M. n. m. Cyrilli Lucaris* formula fidei fuit falso per pecuniam à perfido in gratiam Hollandiæ obtenta, unde damnatus Lucaris 1668. à Conc. Constantinop. & Jerosol. teste March. de Nointel Legato Gall. per *Jeremiam Patr. CP. Ecclesia Græca, Armena, Ægyptiaca, Chaldaica, Russa, Moldava* teste Nicolao Spadario in *Enchir. Holmiæ 1667.* confessæ sunt, *se septem Sacramenta semper credidisse. Ad 2. d. a. Scriptura* hoc nunquam dicit terminis *explicitis C. a. implicite & quoad rem ipsam n. a.* sicut nunquam exprimit voces : *homousion, transsubstantiatio & c.* *Ad 3. d. a. S. PP. singuli* non testantur septem *Sacramenta tr. a.* cum vel tunc nulli hæretici hoc impugnarint, dum scripserunt, vel circumstantiæ, e. g. loquendo ad catechumenos tria solum *Sacramenta* illis explicanda postularint, vel studio ea occultarint, ne *Gentilibus* ansam profanandi, *Christianos* vexandi darent. Non testantur hoc *PP. omnes simul* seu collectim sumpti, & quivis *sine exclusione* reliquorum *Sacramentorum n. a.* textus :

Sanguis & aqua varie explicatur : S. Ambros. Aug. Beda intelligunt per sanguinem virtutem justificandi ex passione Christi, per aquam Baptismum ceu instrumentum. *Ad 4. n. a.* Quia *hic L.* est Apocryphus ab Arnaldo Bonæ Vallis scriptus. *Lotio pedum* pro fine habet exercitium virtutis moralis obedientiæ à privata Petri persona obtinendum, non significationem gratiæ ex opere operato. *Martyrium* professionem fidei, estque præceptum per accidens ob injustam tyrannidem alterius. *Sacrificium* ad cultum Dei. *Sacramentalia* dicuntur mysteria in alio sensu, scil. Sacramentum concomitantis, vel imitantis cæremonia sacre. *Ad 5. n. a.* Sicut *signa credibilitatis* fidei collecta sunt ex variis locis Scripturæ & traditionum, ita hæc ex Verbo Dei & Ecclesia; nec conveniunt *Baptismo Joannis*, qui solum erat mera cæremonia in signum internæ pœnitentiæ ceu virtutis, nec *Sacramentis V. L.* quæ non fiebant nomine Dei seu in persona Dei, cum Deus non possit se colere in persona sui vices agente, sicut nos Deum vices Christi Deihominis agentes. *Ad 6. d. a.* Nec sunt plura *Sacramenta partialia*, quæ in eundem finem tendunt, & constituunt unum *Sacramentum totale* ac completum *C. a.* plura totalia aut disparata *n. a. in specie* : Baptismus flaminis & sanguinis non sunt Sacramenta, licet ultimus ex opere operato producat effectum, & *Eucharistia in factò*, est idem Sacramentum, quod *in fieri* (excepto termino à quo, seu substantia panis, quæ est pars conversionis, non Sacramenti) cum verba moraliter perseverent. *Ad 7. d. a.* Non constant rebus *corporalibus*, & verbis *formalibus C. a.* moraliter & æquivalenter talibus *n. a.* ideo Trid. vocat actus pœnitentis *quasi materiam*. Quod autem Christus verba pro forma assumpserit, causa est, quia verba habent inter signa maximam vim

vim significandi, & in honorem Verbi, per quod omnia facta sunt. Quod autem *actio sacramentalis peccato* sæpe infecta sit, non obest valori, cum Christus eam acceptet pro sua moraliter actione solum sub ratione actionis & ad finem valoris, non licentiæ.

Dices contra 3. C. Ecclesia vel mutavit multa 46. substantialiter in Sacramentis, vel exposuit illa periculo nullitatis, & homines periculo incertitudinis; cum Christus ea instituerit conditionate, si usurpentur juxta suam institutionem, & sæpe incertum sit, quid ad substantiam pertineat. p. a. Mutare partem essentialem Sacramenti, est Sacramentum mutare substantialiter; hoc facit Ecclesia. p. m. 1. Quoad materias. Trina immersio duravit unversim ad Sæc. XIII. & speciatim in Occidente usque ad Sæc. VI. tanquam professio S. Trinitatis in Baptismo. In Confirmatione Latinorum impositio manus usque ad Sæc. VII. quo Alcuinus primus de Ordine Romano, & ex hoc de chrismatione meminit, & ipsi chrismati Orientales 35. species aromatum immiscent. In Ordine olim ubique, & hodie apud Græcos impositio manuum viget, apud Latinos porrectio instrumentorum adhibetur à Sæculo XI. olim tres tantum ordines hierarchici, nunc septem. In matrimonio nunc contractus publicus coram Parocho à Sæc. XVI. prius quicumque personarum habilium. p. m. 2. Quoad formas. Variat Ecclesia in Baptismo; valebat olim forma: Baptizo te in Nomine Jesu, ut ipse Nicolaus I. eam Bulgaris ratam habuerit. In Confirmatione Ecclesia Latina olim adhibuit deprecativam, ut Ordo Romanus refert: Signa eos Domine signo crucis. & Græcæ post 5. sensuum inunctiones 4. sensuum in capite addunt solum: Signaculum doni Spiritus S. In Eucharistia forma apud Græ-

eos est *deprecativa*, apud Latinos *indicativa*; certe
 Græcis verba *indicativa*: *Habeo te absolutum* ab
 Arcudio & Goario afficta esse in *penitentia* docet
 Morinus; de cætero, forma *absolutionis* est apud
 Græcos *deprecatoria*, apud Latinos fuit usque ad
 Sæc. XIII. quod contra naturam *Judicii* videtur.
Pariter in Ext. unctio apud Græcos semper *de-*
precativa, apud Latinos *indicativa* usque ad Sæc.
 XII. In *Ordine* formæ rursus *diversæ*: denique
formæ conditionata primum *introducæ* Sæc. VIII.
 cujus *vestigium* habetur in *Capitulari* Caroli M.
 & *iteratio ext. unctio* primum tempore Pii II.
 cui *petenti* hoc *Sacramentum* in ultimo morbo
 2do *Cardinales* *obstitere*, sed *frustra*, ut *contin.*
Fleury to. 29. R. 1. ad hæc universaliter. n. a.
 Vel *Ecclesia* habuit *fundamenta* certa ex *traditio-*
ne, vel certo *assistentiâ* *Divinam*, ne in re *tan-*
ta mutaret aliquid *essentiale*: Ergo quod ut *vali-*
dum approbarunt *Ecclesiæ* *Græcæ* vel *Latinæ*, fuit
validum. 2. d. a. Et hæc, si *vera* sunt, *con-*
cernebant solum partes *Sacramenti* *accidentaliter*,
vel indirecte, ut si aliqua *peccata* sibi *refer-*
vat, *supponitur*, quod *Christus* *determinavit* pro
materia *peccata* *subditi* &c. *C. a.* *substantialiter*
 & *directe n. a.* *Substantialiter* *mutare* est *aliâ*
materiam vel *sensum* *formæ* *dare*, quam *Christus*
determinavit, & *illi* *addere* vim *significandi* *gra-*
tiam; potuit autem *Christus* has partes *determi-*
nasse in aliquo genere, sub quo *implicite* *conti-*
nentur plures *species*, e. g. *ordinem* sub *actione*
indicante potestatem *ministerii* *conferendi*, *matri-*
monium sub *prædicato* *contractus* *legitimi* &c. vel
alternative sub *specie* *alterutra* hac vel *illa* *nomi-*
natim, e. g. *Confirmationem* *dandam* sub *imposi-*
tione *nuda* *manuum* aut *chrismatione*, aut
utraque *simul*; formam *extrema unctio* sub *for-*
ma *indicativa* (quæ ex *intentione* *instituentis* fit
 impli-

implicite deprecative) aut sub explicite deprecatoria &c. electione penes Ecclesiam relicta; ubi solum dubitatur, an electio Ecclesie pro una specie assumenda facta, e. g. absolute indicativa in Ecclesia Latina &c. altera saltem pro eadem Ecclesia sit *invalida*, vel tantum *prohibita*, utpote à Christo jam constituta; de qua Simonet multa. *Singillatim R.* 1). *In Baptismo* Christus instituit emundationem corporis aqua elementari: hæc propter *Sabellianos*, qui dixerunt, Trinitatem esse tantum tria nomina, non personas, sub trina immersione data est, & cessavit rursus propter *Arianos*, qui propter secundam immersionem nomine Filii turbabant plebem. 2). *In Ordine*, de quo infra plura, in Ecclesia semper septem ordines fuerunt, sed alicubi distincti solum *in suis officiis*, non semper *in personis*, cum ab uno altiore ministro obita sint. 3). *Forme aliquæ fuerunt deprecative* in sensu latiore, in quantum omnis forma fundatur in meritis Christi habentibus vim impetratoriam, aut in sensu *grammaticali*, non item in sensu ministeriali, ut Simonet acriter ex S. Th. defendit contra Morinum de forma pœnitentiæ; 4). *Pro confusione unctionum* vitanda: sciendum est, non omnes apud Græcos fuisse Sacramentales; *sex universim* lego illorum unctiones: *Prima* verticalis chrismatica in Baptismo: *Alia* frontalis in Confirmatione chrismate data: *Tertia* in Ext. unctione oleo facta: *Quarta* in reditu hæreticorum ad Ecclesiam reconciliatio, de qua S. Gregorius M. L. 4. ep. 1. *Arianos per manus impositionem Occidens, per unctionem vero S. chrisomatis Oriens ad ingressum Ecclesie Catholice reformat*: *Quinta* quam pœnitentibus sine alia sæpe satisfactione in confessione imponebant, propterea eos redarguebat Ecclesia Latina. *Sexta* passim fanis & ægris data mere cæremonialis, fortassis ad lucrum,

crum, cui inhiabant Græci. *Similiter sex Impositiones manuum* erant usitatae in Ecclesia. *Prima* recipiendis catechumenis. *Alterâ* in Confirmatione. *Tertiâ* in Ordinibus. *Quarta* in reditu hæreticorum. *Quinta* in reconciliatione pœnitentium. *Sextâ* agris & obfessis : *Super agros manus imponent*, & bene habebunt. *Marc. ult.* De catechumenis refert rem Aug. *L. 2. de peccat. merit. c. 2.* quod iuverit notasse pro decursu. Quando autem à Gregorio IX. per Legatos, à Gregorio X. per Conc. Lugdunense II. 1274. ab Eugenio IV. per Conc. Florent. tentata est reconciliatio Græcorum 1438. & postea Coptorum, & Russorum, sola processio Spiritus S. à Patre per Filium, & usus fermentati obstacula fuere præcipua unionis : probabilius tamen *Joannes Jejunator* ob negatum sibi à S. Gregorio M. Oecumenici Patriarchæ titulum Sæc. 6. fermentato uti cœpit, & Latinos per contemptum *azymitas* nominare Mich. Cæularius, continuator schismatis à Photio Sæc. 9. conflati.

Q. 9. Dogmatica.

An ad valorem Sacramenti requiratur fides ministri aut recipientis ?

47. **N**ot. Ad 1. ansam dedit inter S. Cyprianum Archiep. Carthag. & S. Stephanum I. Pont. an. 255. qui uterque an. 257. sub Valeriano martyrium subiit. Res ita se habet : *Agrippinus* antecessor Cypriani annis 40. circiter prius rebaptizavit baptizatos à Ministro hæretico. Cyprianus cum Firmiliano Ep. Cæsareæ in Asia idem faciendum censebat, eaque

eaque super re post Conc. Iconii & Synodis in Phrygia Carthagine tres Synodos collegit idem concludentes, ac Legatos Romam misit. Stephanus non admisit Legatos, minatus etiam separationem à communione, nisi à sententia recederent, tenerentque validum esse Baptismum etiam ab hæretico collatum, id rescribens: à quacunque heresi ad nos venerint, nihil innovetur, nisi quod traditum est, ut manus illi imponantur ad penitentiam. S. Aug. 96. annis post affirmat, L. 3. de Bapt. c. 4. duo observat: Cyprianum rationibus firmiorem fuisse, Stephanum autoritate traditionis, & litem hanc decisam esse à Concilio plenario orbis totius ac transmarino, quo passim vel Arelatense in Gall. an. 314. vel Nicænum I. Oecum. in Bithyn. an. 325. celebratum designari credunt.

2. Ansam ad 2. dedere Novatores, qui cum Luthero verba formæ sacramentalis concionatoria esse dicunt, ut in recipiente fidem in Christum excitent, ut quæ sola justificet, vel cum Calvino promissoria, ut recipiens in memoriam revocet, & acceptet promissiones Christi. Mitius in hac re Kemnitius verba concionatoria ut mere accessoria admittit, Omelius promissoria etiam consecratoria esse dicit.

Dico 1. Ad valorem Sacramenti non requiritur necessario fides in ministro. Rat. 1. Definita est hæc veritas post S. Stephani mortem à 10. Conciliis, ex quibus Oecumenica quatuor. Sunt autem Arelat. I. can. 8. anno 214. Nicæ. I. can. 19. 325. Laodicen. 364. Constantinop. I. can. 7. de Bapt. 381. Capuan. c. 48. 389. Alexand. de ord. 392. Ephesin. actione 7. 431. Arelat. II. c. 16. 452. Nicæ. II. actione 3. confirmat priores sex Synod. 781. Trid. S. 7. can. 4. bapt. Si quis dixerit, Bapti-

Baptismum, qui etiam datur ab hæreticis — cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia, non esse verum Baptismum, anath. 2. Minister, qui agit ex virtute divina, seu instituentis principalis, potest exercere actum causantem gratiam, sed hæreticus &c. quia Joan. 1. Supra quem videris Spiritum S. descendentem, hic est, qui baptizat Christus. 3. Traditio, eaque legitima & genuina conservata in deposito Ecclesiæ & sede Apostolica, ut S. Stephanus I. testatur.

49. *Dices contra h. C. ex ratione &c. 1. Baptismus ab hæretico, ordo collatus ab apostata, confirmatio &c. collata non valet: p. a. Ex persona ministri, qui non habet jus conferendi Sacramenta, natura Sacramenti, quod soli Ecclesiæ Cath. concreditum est, & effectu Sacramenti, gratia ab hæretico dari non potest: ergo &c. certe Eccl. 34. Qui baptizatur à mortuo, quid proficit lavatio ejus? & Matt. 7. Non potest arbor mala bonos fructus facere. 2. In Decret. Gratiani Innoc. I. de Ordinatione: Qui perfectionem Spiritus, quem acceperant, perdiderunt, non ejus dare plenitudinem possunt. Can. Apostolorum 45. & 46. poena suspensionis indicitur iis, qui admittunt Baptismum hæreticorum. Conc. Cæsaraugustæ Sæc. VI. habitum: Clerici ab Arianis venientes consecrationem novam recipiant. Similia contra Monothistas seu Phryges aut Cataphryges, & Novatianos seu Catharos. 3. S. Patres passim idem docent, e. g. Leo I. ep. ad Nicætium: Hæretici non sanctificantur per Baptismum. Pelagius II. apud Gratian. Schismatici corpus Christi non conficiunt. Rebaptismi necessitatem etiam praxi quandoque confirmarunt; magni nominis, Dionysius Alex. S. Athanasius, S. Cyrillus Jerof. Optatus Millevit. & S. Basilius Ep. Cæsar. Jam sic: hæc opinio*

opinio non fuit damnata à Nicæano I. cum hoc non ignorare poterant Doctores isti, quia *can. 10.* solum Paulianistas propter aliam causam rebaptizari iussit: ergo &c. ita post Cyprianum Donatistæ, qui ordinationem Cæciliani Ep. Carth. à Felice S. librorum traditore factam invalidam censuere. *R. ad 1. n. a. ad prob. d. a.* Non est validus ejusmodi actus, si ab hæretico conferretur sua virtute vel nomine & tanquam suus *C. a.* virtute & nomine Christi ceu agentis principalis, & hoc ipso ut actus Ecclesiæ nostræ *C. a.* etiam hæretici possunt Scripturam nostram veram legere tanquam rem à nobis participatam. *Textus 1.* nihil est ad rem: sensus literalis est: *Qui post tactum cadaver purificatur, & iterum tangit illud, nihil prodest ei sua purificatio,* quia rursus contrahit legalem immunditiam, sicut in sensu spiritali relabens. *Text. 2. d.* Arbor mala non potest bonos fructus facere ex propria virtute *C. a.* ex virtute Christi *n. a.* ita Aug. *L. 2. contra lit. Petil. c. 6.* *Ad 2. d. a.* Non dant plenitudinem relate ad valorem Sacramenti *n. a.* ad effectum ac scientiam Sacramenti *C. a.* Duo pro hac materia bene distinguenda. 1. aliquos hæreticos *formas Baptismi adulterasse,* vel initio hæresis vel decursu, & hos Ecclesia rebaptizari iussit, e. g. Paulianistas, Montanistas, Bonafianos aliquos ex Arianis, qui hæresin suam immiscebant formæ, unde non veram Trinitatem, sed imaginariam aliquam invocabant. 2. Aliud esse *Sacramentum in se,* aliud in effectu: qui Sacramentum ab hæretico accipit, peccat vel consentiendo hæresi, vel extra casum necessitatis cooperando, & suspenditur ab executione ordinum: ergo non recipit gratiam ceu fructum, nec Sacramentum legitime quoad executionem; & omissionem harum distinctionum ait Aug. *L. 6. contra Donatist. c. 1.* callisisse inter se SS. Cyprianum & Stepha-

Stephanum. Deinde *Canones Apost.* sunt supposititii, desumpti ex Conc. Iconiensi & Synadensi contra sententiam Stephani, & tantum approbati à CP. Trullano, quod Ecclesia rejecit. Denique Cæsaraugustanum exigit novam consecrationem, hoc est impositionem manuum reconciliatoriam *C. a.* Sacramentalem *sbid.* apud illos, qui jam corruperant formam Baptismi, qui fundamentum est ad valorem ordinis *C. a.* aliter *n. a.* *Ad 3. d.* a. Hæretici non sanctificantur per Baptismum quoad effectum *C. a.* quoad rem vel characterem Baptismi. *n. a.* de 5. Doctoribus Billuart multo conatu probat *to. 16.* Dionysium Alex. initio cum Cypriano sensisse, sed poitea se subjecisse decreto Stephani; reliquos esse dubios; quod autem ignoraverint decisionem Nicæni I. conjici potest ex eo, quia Conc. hoc nihil expresse decidit, sed tantum per consequentiam erui debet ex can. 19. quo solos Paulianistas rebaptizari jubet, qui formam jam corruptam adhibebant: ergo alii non erant rebaptizandi.

50. *Dices 2. ex Historia:* (1. Vel hæc lis inter Cyprianum & Stephanum I. agnita est *ut dogma fidei*, vel *ut res disciplina* tantum? utrumque difficile: *p. m.* Si ut *res disciplina*: justo severius egit Stephanus cum Cypriano; si ut *dogma*: Cyprianus dicendus hæreticus saltem materialis. (2. Cyprianus *pro se habuit traditionem*: *p. a.* Traditio debet esse *universalis, diuturna*, & ab ipso *tempore Apostolorum*: talis fuit Cypriani, cui adhærebant *Africa* tota cum *Numidia & Mauritania*, *Asia* cum *Iconio*, *Cappadocia*, *Galatia & Cilicia*: Eam praxi tenuit *Agrippinus* antecessor Cypriani annis 40. circiter prius, & *Firmilianus ep.* ad *Cypr.* *Tenentes*, quod à *Christo & Apostolis traditum*, nec meminimus hoc apud nos aliquando cœpisse:

cœpisse : & S. Cyprianus ait : *Nos longa ætas tuerur.* (3. *Stephanus ipse incidit in errorem, cum omnem hæreticorum Baptismum ratum habuerit, licet constaret, tunc jam fuisse adulteratam formam Baptismi, sic æstu abreptus Stephanus ep. 74. ad Cypr. Ubicunque, & quomodocunque baptizentur. & 2. a. quacunque heresi ad nos venerint, nihil innovetur, nisi quod traditum est, ut eis manus imponantur ad pœnitentiam.* Benedictus XII. ad object. Fraticell. ait Stephanum errasse, & Launojus, eum Paulianistarum Baptismum ratum habuisse. (4. *Cyprianus, si non Schismaticus, saltem fuit excommunicatus cum Firmiliano. p. a. Stephanus ei minatus est censuram, eam ætu tulit, nec unquam respuit : p. a. signa hoc probant : Firmil. ep. ad Cypr. Excidisti teipsum — ille est Schismaticus, qui se à communione Ecclesie unitatis fecerit apostatam.* Ejus Legatis pax, communicio, tectum negabatur Romæ. Verba Cypriani probabant animum tenaciorem, scribit ep. ad Jubajan. & Pompej per doctrinam contrariam defendi heresim, prodi fidem, insamari Apostolos, suam esse veritatem fidei, Evangelicam doctrinam &c. (5. *Finis litis nil pro nobis probat : p. a. Ex una parte non cessavit praxis rebaptizandi (quod non fuisset factum, si Cyprianus revocasset) ex altera non scitur, quo Concilio fuerit lis decisa ; certe Caranza falso can. 19. Nicæni I. addit Paulianistis Cataphryges, cum nec in Græco canone, nec in versione Dionysii Exig. sed tantum in Isidori habeatur ; & Basilius 100. annis post sc. 378. adhuc rebaptizavit. R. ad s. C. M. n. m. Dico, agnitam esse ut rem disciplina late talem, hoc est, quæ habuit tunc tres conditiones. 1. Quod, quia nihil adhuc definitum ab Ecclesia, data sit libertas sentiendi. 2. Varietas in praxi. 3. Communicio & pax inter dissidentes ; quare Cypr. ad*

F Steph.

Steph. *Nos vim cuiquam non facimus. Ad 2. d. a.* Cyprianus habuit pro se traditionem genuinam *n. a.* mere existimatam, *C. a.* quia genuina solum illa est, quæ agnita & producta ab illo est, cui Christus, & successoribus ejus promisit assistentiam contra portas inferi non prævalituras, & jussit confirmare fratres suos; neque solus numerus probat legitimitatem. *Ad 3. n. a.* Nam 1. servari voluit, quod traditum est; sed traditum est, ut solum illi rebaptizentur, qui formam debitam non observarunt: quia ipse Firmil. ad Cypr. *Stephaniani non putant querendum esse, quis sit ille, qui baptizaverit, eo quod baptizatus gratiam consequi potuerit invocata Trinitate; & Hieron. dialog. ad Lucifer. vocat Stephanum inveterata consuetudinis defensorem.* 2. Verba prima: *ubicunque & quomodocunque baptizentur, sunt falso afficta fortassis à Launojo.* 3. Benedictus XII. nihil, quia hoc scripsit ut Cardinalis, & 1000. circiter annis post, ac de modo Stephani agendi magis, quam de re. *Ad 4. n. a.* Quia teste Aug. *L. de unico Bapt. c. 14.* intra minas se continuit: *cum excommunicandos censeret, in pace tamen permansit; quia Dionysius Alex. mediator intercessit pro Cypriano, ut postea Sixto II. scripsit successori Stephani; Legatis negavit contubernium Romæ, ne alios hoc errore inficerent & ipsi corrigerentur; nec dubium, quin Firmilianus cum primis & Cyprianus nimium rem modo loquendi, & agendi exaggerarint.* *Ad 5. n. a.* Quia 1. primo teste Aug. *ep. 93. c. 10.* Cyprianus *correxisset errorem non invenitur, non incongruenter tamen existimandum est, quod correxerit; saltem sanguine suo Martyr eluit.* 2. Teste Hieron. *l. c.* Episcopi alii re nondum ab Ecclesia conciliariter decisa ad antiquam consuetudinem revoluti sunt. 3. Lis decisa juxta Bellarmin, Nat. Alexandre &c. per Nicænum

Nicænum

horum l. 3. p.
 preterit. agit
 hic comper
 meret: nam
 ante ortum S.
 S. Cyprianu
 preterit. Pontif
 nu non perve
 bico veris per
 bog. L. 2. de
 ne universale
 si l. 314. colu

Dico 2. l.
 riter falsi ad
 tent conciona
 efficit fides ad
 equitur: ergo
 un dispositio
 ore ad incen
 tion occurrit
 que requirit
 ostante, qu
 transstantibus
 na nemo pr
 tibus Reg.
 a preparatoria
 tunc est Bar
 sicut. Bat. 2
 tu: p. Paulu
 communitate
 de Bapt. c. 10.
 que requiritur
 puse si caru
 forii, fides h
 hanc proban
 dicitur pze

Nicænum I. 325. quod, licet parum can. 19. expresserit, *egit* tamen multis de hac materia; quia huic competunt quatuor characteres ab Aug. enumerati: *transmarinum*, *plenarium totius orbis*, *ante ortum S. Aug. cui procul dubio cessurus fuisset S. Cyprianus*; & qui hoc fuit Nicænum I. cui præfuit Pontifex per Legatos, quod *integrum ad nos non pervenit*, sed ex 80. canonibus ex Arabico versis per D. Pisani &c. apud Caranza 27. Dein Aug. L. 2. de Bapt. c. 14. ait: *Transmarinum vel universale: scil. vel Nicænum, vel Arelaten-* se I. 314. celebratum, vel utrumque.

Dico 2. *In suscipiente Baptismum non requiritur fides actualis ad valorem, adeoque verba non sunt concionatoria vel promissoria.* Rat. 1. Nec sufficit fides actualis ad valorem, nec universim requiritur: ergo &c. *p. a. quoad 1.* Quia est tantum dispositio prævia, non ipse Baptismus sicut calor ad incendendum lignum. *Quoad 2.* Si quis solus occurrat *infanti moribundo*, & baptizet, neque requiritur & concio ad fidem excitandam in infante, quia hujus non est capax, neque in circumstantibus, quia nulli adsunt, neque in se, quia nemo prudens sibi ipsi concionatur. *Conf.* Eunuchus Reg. Candacis debuit præmittere fidem ut præparatoriam dispositionem, quam primum secutus est Baptismus: ergo etiam in adulto non sufficit. *Rat. 2.* Verba Sacramenti sunt *consecratoria*: *p. a.* Paulus 1. Cor. 10. *Calix, cui benedicimus, communicatio sanguinis Christi est.* S. Aug. L. 3. de Bapt. c. 10. *Baptismus Christi verbis Evangelicis consecratur.* S. Ambros. *Per consecrationem de pane fit caro Christi.* 3. *Necessitas verbi promissorii, fidei &c.* neque ex Scriptura, neque Traditione probatur, cum Ecclesia ad Sacramentum requisierit præter intentionem tantum hæc duo ex

Aug. accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum. fere sicut in consecratione vasorum. 4. Quod est fundamentum istarum sententiarum: Sacramenta operantur ex opere operato; ut non merito hominis, sed immediate ipsi actioni propter merita Christi promissa & alligata sit gratia: Ideo Trid. S. 7. can. 6. ait Sacramenta continere gratiam. can. 8. Solam fidem divinae promissionis non sufficere, sed ex opere operato gratiam conferri. S. Aug. ad Cresconium Grammat. Baptismus non eorum meritis, à quibus — & quibus ministratur, sed propria virtute & sanctitate propter eum, à quo institutus est, salutem confert. Conf. A catholici nec Calvinum, nec alios rebaptizarunt, licet sciant, nos non intendere verba promissoria.

52. Dices 1. Effectus Sacramenti pro radice sua habet fidem ad verba prædicatoria & promissoria. p. a. Verba formæ dicuntur sæpe verba fidei. p. a. Aug. tr. 80. in Joan. Vos mundi estis propter sermonem — quare non ait, mundi estis propter Baptismum, quo loti estis, sed propter verbum, quod locutus sum vobis? nisi quia in aqua verbum mundat — unde ista tanta virtus aqua, nisi à verbo? non quia dicitur, sed quia creditur — hoc est verbum fidei, quod prædicamus. Hic textus famosus dicit tria. 1. Non estis mundi propter Baptismum, seu ritum, sed propter verbum. 2. Non propter verbum, quod dicitur in forma Baptismi, sed quod & quia creditur. 3. Ut autem credatur, necessario est illud, quod prædicamus, seu qua concionatorium. (2. Vita spiritualis hominis adscribitur fidei soli. ergo in Baptismo &c. sola fides actualis operatur. p. a. Justus meus ex fide vivit. Rom. 1. & c. 3. ib. Arbitramur hominem justificari per fidem sine operibus. Jac. 5. Oratio fidei salvabit infirmum: imo non tantum nihil operantur

rantur Sacramenta ipsa sine fide, sed etiam nihil sine prædicatione seu concione: Christus Matt. ult. conjunxit officium prædicandi & baptizandi: *Docete omnes Gentes baptizantes eos.* quod explicat Ambros. L. de iniciandis c. 3. *Aqua sine prædicatione crucis ad nullos usus est.* (3. Sacramenta nihil operantur per se, sed tantum, *qua excitantia* ad actus internos fidei, fiduciæ, & acceptationis promissionum Dei: p. a. 3ci ratione. Sacramenta sunt *sigilla* mere *speculativa*, quæ Aug. vocat mutabilia, transeuntia, materialia inepta ad gratiam spiritualem producendam; Bernardus autem comparat annulo, baculo, clavibus, quæ in investituris non dant, sed indicant solum datam potestatem. Deinde Sacramenta se habent, sicut *Circumcisio*, vel Baptismus Joannis, quæ sunt tantum signa justitiæ. Rom. 4. *Circumcisio signaculum justitiæ fidei.* & Joannes prædicavit Baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum. Denique Sacramenta juxta nos ipsos *requirunt fidem*, dolorem, operantur juxta dispositionem subjecti plus vel minus. (4. *Infantibus in specie* nihil prodest Baptismus, nisi actu interno cooperentur. p. a. à *Calvino*: Ubi datur promissio gratiæ, debet dari acceptatio promissionis, aliter actus non est completus. à *Conc. Neocæsareensi*: Infans extra uterum non potest baptizari ideo, quia in hoc statu habet adhuc proprium velle, *proprium enim cujusvis propositum in confessione esse debet*; secus illuderetur Ecclesiæ dicendo: *credo pro altero.* præterea à S. Aug. serm. 14. de verb. Apost. *Abstine ut dicam infantes non credentes.* Saltem ut Erasmus Roterod. docuit, parvuli post usum rationis obtentum interrogari deberent, an ratam habeant sponsonem à patrinis in Baptismo factam, si non ratificent, erunt liberi. R. ad 1. n. a. ad prob. d. a. Dicuntur verba fidei *actualis n. a. objecti.*

vā, in quantum sunt *objectum* fidei in mysterio, quod est inter præcipua Catholicæ Religionis dogmata *C. a.* eadem est solutio *ad textum August.*; *In parte 1.* dicit, quod aqua sine verbis formæ nihil possit. *In 2.* quod verba nude spectata non sufficiant. *In 3.* quod operentur solum ut à Christo instituta in mysterio, quod extra Baptismum prædicari & credi debet: ergo Aug. ait: sicut Apostoli in cœna mundati sunt non per solum aquam, sed *dispositionem præviam* factam à sermone Christi extra Sacramentum, ita in Sacramento *non sola aqua* mundat, sed *verbum consecrationis* ab institutione Christi virtutem habens tanquam mysterium fidei. *Ad 2. d. a.* Vita spiritualis adscribitur fidei *dispositive* & tanquam fundamento *C. a.* *formaliter* tanquam causæ immediatæ justificationis *n. a.* verum est, ubi est justificatio, ibi est fides actualis vel habitualis, non vero *vicissim*. In textibus vel opponitur fides operibus *L. Mosaica*, aut agitur de fide *adultorum*, ad quam extra Sacramenta requiritur prius instructio: *fides ex auditu*, auditus autem per Verbum Christi prædicatum. *Ad 3. n. a. ad prob. dico 1.* Aug. loquitur de verbis Sacramenti *materialiter* præscindendo à virtute per institutionem Christi accepta. *Bernardus* ostendit ibi non virtutem sed diversitatem Sacramentorum; sicut per diversa signa traduntur diversa officia, ita per diversos ritus diversa Sacramenta. *2. d. a.* *Circumcisio* est signaculum fidei tanquam *causa* justificationis. Sicut sunt nostra Sacramenta *n. a.* tanquam *conditio*, ut actus Ministri (*Nomon suscipientis*) possit ex opere operantis operari juxta fœdus cum Abrahamo initum *C. a.* *De Baptismo Joannis* sunt quatuor sententiæ diversæ; verosimilior est, quod fuerit quodammodo *Sacramentale* disponens ad Baptismum Christi, sicut Joannes viam paravit

paravit &c. 3. Sacramenta juxta nos requirunt fidem &c. tanquam *dispositionem*, & in adultis tantum *C. a. ut causam* gratiæ simpliciter ex opere operato, & in infantibus *n. a.* Ad 4. *n. a.* ad prob. 1. *d. a.* Si detur promissio in ipso Sacramento *tr. a.* si jam data fuerit in ipsa *institutione* à Christo facta. *n. a.* Ipsa susceptio Baptismi est realis acceptatio. Ad 2. *Conc. Neocæsareæ* negat valere, quia *renasci*, qui nondum natus fuit, non potest per Baptismum fluminis, nec per actum internum *e. g.* fidei tanquam Baptismum fluminis, quia proprius ab infante elicitus actus esse deberet. Ad 3. *Infantes* sunt credentes *per patrini professionem*, quod tam parum illusio est, quam parum actus tutoris pro pupillo; nec tamen valet hic ratificatio *post usum rationis*, utpote in re à jure Divino graviter præcepta frustraneus, & neutiquam relictus arbitrio nostro.

Q. hic, an *Pædobaptismus*, seu *Baptismus infantum* sit licitus & validus? R. Omnino contra Novatianos, novatores, Mich. Servetum, qui dicebat Baptismum dandum primum anno 30. ætatis, quo Christus est baptizatus, & Erasmus Roterod. qui exigebat ratificationem. *Rat. 1.* Scriptura loquitur universaliter: *nisi quis renatus fuerit ex aqua &c.* quæ verba debent intelligi in sensu, quem declarat Judex controversiarum à Christo constitutus, qualis etiam in jure humano requiritur ad declarandum Codicem Juris. 2. *Christus* vocavit ad se parvulos jam in infantia ab originali in V. L. purgatos, justificationisque capaces declaravit: *talium est Regnum cælorum*: Apostoli baptizabant *totas familias*, in quibus etiam parvuli erant. 3. *Traditio* probatur ex *Conc. Carthaginensi* celebrato *an. 253.* Milevitano 416. Bracharenfi 578. *Trid. S. 7. can. 12. 13. 14. anath.*

parvulis negantibus Baptismum. *S. Aug.* peccatum originale contra Pelagianos probavit ex Baptismo infantium, quem, ut ferm. 10. de verb. Apost. *Ecclesia semper habuit, semper tenuit, à majorum fide percepit.* Taceo reliquos PP. *Si dicas.* 1. *Olim differebatur* Baptismus ad ætatem adultam, donec respondere possit baptizatus de fide sua. 2. Baptismus institutus probabilius *in Baptismo Christi*, quem à Joanne accepit: ergo cum hoc factum sit ætate jam adulta &c. *R. ad 1.* Extra casum necessitatis *C. a.* quod sæpe non tamen semper id factum sit; causa erat, quod aliqui horrerent pœnas canonicas, aliqui legem tam sanctam non auderent recipere prius, alii ut se magis ad illum præpararent. *Ad 2. C. a.* Cum ibi Pater loqueretur, Christus in Jordane lavaretur, Spiritus S. appareret in specie columbæ, & post hunc actum discipuli Christi plures baptizarint, quam Joannes, secus non esset orta zelotypia inter discipulos Joannis, *Jo. 3.* *Ecce hic baptizat, &c. omnes veniunt ad eum. n. C.* Quia Christus tunc primum cœpit publice viam ad N. L. sternere.

53. *Q. 2.* *Quandonam voluntas presumpta vel tacita locum habeat in re Sacramentaria?* *R. 1.* In *Ext. Unctione* etiam non petenti danda quivis præsumitur velle christiane mori, qui eam non positive recusat; in Baptismo sufficit *voluntas habitualis*, ut baptizandus adultus eum petierit, antequam in morbum vel amentiam inciderit, ut *rituale Romanum Pauli V.* praxis extendit ad eum, qui prius petiit *Confessarium*, quem hic adveniens reperit sensibus destitutum; in sponsalibus sufficit *tacita*, si parentes contrahant pro liberis præsentibus & tacentibus, modo hi in animo non positive dissentiant: universim tamen recepta est regula; *invalide recipit Sacramenta adultus aut omnino*

omnino nolens, aut mere negative in animo se habens, cum Gregorius XIII. expungi glossam contrariam in c. 3. de Baptif. iufferit. (2. Ad acquirendam potestatem requiritur consensus Superioris aut tacitus, aut præsumptus de præsenti, quando hic actionis huius inscius ex signis præviis creditur actu ita affectus, ut ea ipsi sit grata: ad usum vero potestatis iam prius acquisita sufficit præsumptus de futuro, quando creditur probabiliter hanc actionem postea ratificaturus. e. g. videt Parochus, quod Sacerdos mere approbatus petatur, aut se accingat ad audiendam confessionem, & tacet exterius, interius non absolute dissentit, censetur communicare jurisdictionem, quia taciti & expressi idem est iudicium. Idem est, si Sacerdotem aliàs hortatus esset prius, ut mature praxi se applicet; in præsumptione vero de futuro, quæ coincidit interpretativa conditionate tendente: daret, si rogaretur, potest petita iurisdictio non sequi, sicque actus exponitur periculo nullitatis, e. g. assistentia in matrimonio &c. (3. Facultas subsequens tunc retrotrahitur per fictionem juris, quando habet rationem probationis aut firmitatis actus positi, e. g. absolutio censuræ in promotio ad Episcopatum, dispensatio in acceptante Parochiam &c. non vero, quando constituit formam essentialem actus, e. g. in Sacramento non retrotrahitur approbatio subsequens, nec iurisdictio, intentio &c.

Q. 10. Dogmatico - Theorica.

Quæ sit forma Baptismi Essentialis ?

Not. Hodie sunt 2. sententiæ celebriores. 54.

1. Alicujus recentioris, quod Christus dis-

F 5

junctive

junctive seu alternative instituerit *vel* in nomine SS. Trinitatis, *vel* in nomine Jesu, ut adeo initio & hodie adhuc valeat etiam in nomine Jesu, etsi illicite conferretur, quia quod semel à Christo validum declaratum est, id semper ut tale agnosci debeat. 2. Quod sola & semper fuerit tantummodo valida forma collata *sub invocatione SS. Trinitatis explicita*. Plures numeravit adhuc temporis Authores; ideo

- §5. Dico: *Probabilius solum valet, & semper valet forma Baptismi sub invocatione SS. Trinitatis. Rat. 1. Autoritas Sacra.* Certo habetur forma Apostolis præcepta: *Ite, baptizantes eos in nomine Pat. & Fil. & Sp. S.* & non habetur certo alia forma: imo Paulus Ephesios ignorantes Spiritum S. arguit: *in quo ergo baptizati estis?* Quasi diceret: Baptizati estis non tantum sub invocatione Nominis Jesu, sed etiam Sp. S. 2. *Traditio & praxis perpetua Ecclesie* tanquam optima interpret institutionis: Quod in re concernente salutem ubique observatum est, & non scitur ejus origo à Concilio vel Pontifice introducta, ad traditionem Divinam referendum est: atqui &c. *p. m.* à Simonet 13 sæcula percurrente, deinde à Conc. damnantibus alias formas & rebaptizari jubentibus aliter baptizatos, e. g. *Nicanum I. Paulianistas, CP. Imun. Eunomianos & Sabellianos. Laodicenum Montanistas seu Cataphryges; Arelat. I.* iussit omnes hæreticos ad Ecclesiam reverbos interrogare, an in nomine P. & F. & Sp. S. baptizati sint. *Pelagius I.* idem sensit *can. 30. si revera.* dist. 4. de consecrat. Idem Innocentius III. c. *firmiter.* de SS. Trinit. 3. *Ratio negativa;* non potest aliud convenienter ostendi; certe Apostolorum formam *per adjectionem* Nominis Jesu explicant 3. testes. *Cyprianus ep. 73. ad Jubai: Jesu Christi mentionem*

nem facit Petrus, non quasi Pater omitteretur, sed Patri quoque Filius adjungeretur Theophylactus in c. ult. Luc. Quando dicimus Baptisma fieri in nomine Christi, non dicimus in solius Christi nomine fieri oportere; ubi loqui videtur in 2. parte de forma, cum aliunde certum sit, actiones ad extra quoad virtutem toti Trinitati adscribi Aug. L. 3. contra Maximum c. 17. Non nominatis P. & Spir. S. jussi sunt baptizari (1. Christiani in Act. Apost.) & tamen intelliguntur non baptizati, nisi in nomine P. & F. & Spir. S.

Dices 1. Scriptura non probat intentum. p. a. 56. Qui filium nominat, eo ipso nominat etiam Patrem, cum *relativum* non possit intelligi, nisi pariter correlativum declaretur, e. g. servus & dominus &c. & *reprehensio Pauli Ephesii* data non probat formam, quia per pronuntiationem momentaneam formæ non potuissent addiscere mysterium Trinitatis. (2. *Apostoli præsumendi sunt obedi- visse mandato Christi*: ergo forma non est unice necessaria sub invocatione Trinitatis. p. C. in Act. Apost. c. 8. tantum dicuntur baptizasse in nomine Jesu, quin mentio fiat de Trinitate; ideo S. Th. p. 3. q. 66. a. 6. ait: dispensatum cum illo esse, eo quod nomen Jesu tunc fuerit Judæis scandalum, & Cyprianus l. c. affirmat: *Apostoli baptizarunt in nomine Jesu Judæos, Gentiles autem in nomine P. & F. & Spir. S.* (3. *Traditio male allegatur pro hac sententia*: p. a. hæc ignota fuit S. Ambrosio, Magistro Sent. qui PP. effata in unum collegit, & Cajetano Card. aliisque: Ambrosius L. 1. de Spir. S. c. 3. ait: *Si unum in sermone comprehendas aut P. aut F. aut Spir. S. fide autem nullum neques, plenum est fidei Sacramentum* — quia, qui unum dixerit, Trinitatem significavit. Magister Sent. L. 4. dist. 3. ait: Valet Bapti.

Baptismus, modo unam Personam e. g. Spiritum Sanctum nomines baptizando, & nullam fide neges. Licet autem Cajetani sententia erasa ex ejus operibus sit, ea tamen in oper. Hadriani VI. adhuc exstat. (4. *Praxis Ecclesiae* non est perpetua: quippe forma moderna à Gregorio M. introducta, nec in Baptismo *Eunuchi* Candacis Reginae adhibita est, ut qui juxta fidei suae professionem in solo nomine Christi collatus est, nec ab ipso *Stephano I.* observata, qui teste *Cypriano* 73. ad *Jubai*: ep. noluit rebaptizari à Marcione Pontico baptizatos, sed ipse in crypta *Nepotiana* saepe in nomine Christi baptizavit, ut in *actis passionis* legere est. (5. *Nicolaus I.* clare decidit disjunctivam institutionem, qui ad *Bulgaros* scripsit, unum idemque esse, an *Judæus* quidam baptizaverit in nomine SS. *Trinitatis*, vel tantum in nomine Christi: dicere autem: quod solum ut *Doct̃or privatus* locutus sit, est miserum effugium, & contra circumstantias hujus casus. *R. ad 1. n. a.* ad prob. d. a. Nominat etiam *Patrem directe*, & expresse, quod ad formam requiritur *C. a.* indirecte, & implicite, quod non sufficit *C. a.* dein *Spiritus S.* multo minus attingitur. *Reprehenso Ephesorum* probat formam non solitarie pronuntiatam, sed plene una cum praevia instructione & professione fidei à *Catechumeno* edenda spectatam. *Ad 2. n. C.* ad prob. d. a. *Tantum dicuntur baptizasse* sine exclusione reliquarum tamen personarum *C. a.* dicuntur tantum baptizasse in nomine Christi, & cum exclusione *n. a.* ne ad dispensationem in ipsa legislatione cum personis *Apostolorum* praecipuis *L.* hujus subjectis recurrere debeamus, declarant supra *Cyprianus*, *Theophylactus*, & *Hilarius L.* de *Synod. ne Apostoli reperiantur in crimine qui baptizare in Nom. P. & F. & Spir. S. jussi, tantum in Nom. Jesu baptizarunt, sc. in virtute* &

& Baptismo à Christo instituto, & in modo, quo à Christo institutus est, ac à Baptismo Joannis distincto. *Ad 3.* ubi fortassis aliquorum opinio *id solum* voluit, Baptismi valorem in adultis necessario exigere fidem Trinitatis. *N. supp. a.* quod fuerit ignotum illis, eos, qui in nomine Trinitatis non fuerunt baptizati, semper rebaptizari debuisse; sed loquuntur de fide in Trinitatem explicita, & professione fidei ante Baptismum edenda, cum etiam absolutionis incapax habeatur ignorans mysterium Trinitatis. *Ad 4. n. a.* Quia *Gregorius M.* refert hanc formam ut veterem: *Eunuchus* dicitur credidisse in Christum, non vero baptizatus esse in solo nomine Christi: *Cyprianus* ait solum de *Stephano I.* dicunt aliqui, vel erravit errore facti. *Ad 5. n. a.* Quia *dubium* fuit motum de duplici fide, an necessaria in dante, & accipiente Baptismum, & *decisio* *Nicolai I.* eam non requiri, sed attendendum solum esse ad intentionem Judæi baptizantis & virtutem Baptismi à Christo instituti, ut erudite *Harduin.* Res ita se habet. *Bulgari* recens conversi 106. dubia ad *Nicolaum I.* deferebant. Textus hujus ex *Labbeo to. 8. Conc. & Bibliotheca PP.* anno 866. est: *A quodam Judæo, nescitis, utrum Christiano, an Pagano multos baptizatos asseritis -- si in nomine Trinitatis, vel tantum in nomine Christi baptizati sunt, constat, non esse rebaptizandos -- unum quippe, idemque est, ut exponit S. Ambrosius, sed primum, an Paganus vel Christianus sit, vel postmodum factus sit Christianus, est investigandum, cum Aug. dicat; ad Baptismum, qui Evangelicis verbis consecratur, non pertinere vel dantis vel accipientis errorem, sive de Patre sive de Filio &c. aliter sentiat, quam doctrina cælestis insinuat.* Ad quod tria ait *Harduinus.* 1. hunc Judæum fuisse *negotiatione talem, seu circumforaneum venditorem,*

tozem, qui tunc dicebantur Judæi, sicut telonarii olim publicani. 2. Dubium motum esse de *fide dantis* & *accipientis*, eo quod Pagani tunc ritibus superstitiosis usi passim sint. 3. Responsum Nicolai fuisse, non nocere errorem privatum, modo Judæus intenderit conferre Baptismum Christi, quia *virtutem* à Christo, vel tota Trinitate habet, & quia *idem est* Baptismum Christi conferre, vel baptizare in nomine SS. Trinitatis, cum Christus suum Baptismum aliter non instituerit, quam sub invocatione Trinitatis, ut adeo *res*, & *modus* à Christo descendat simul.

Q. II. Dogmatico-Theorica.

Quæ materia Confirmationis ?

57. **Dico** : *Materia Confirmationis est impositio manus, que datur in ipsa chrismatione.* Rat. 1. *Authoritas* hodie communior cum Tournelio referente 10. alios. 2. *Confirmatio Act.* 8. & 19. data est *per impositionem manus*, & adhuc datur à Græcis valide; ergo cum alia non detur, nisi hæc indistincta à chrismatione frontis &c. quippe inter duas prima non est impositio, sed *extensio manuum*, & elevatio ad orationem consueta, & in Ecclesia Latina habentur etiam illi pro confirmatis, qui primæ non interfuerunt, in Græca vero non habetur alia, quam chrismatica, ut Goarius in *notis Eucholog.* 3. Illa impositio manus est materia dicenda, quam quoad substantiam commendat constans *traditio*, & *praxis Ecclesiæ*: sed hanc docet Tertullianus L. de Baptism. c. 7. Innoc. I. ad Decentium ep. S. Leo ep. 88. ad Episc. Florentinum in decret. Trid. S. 7. can. 2. anath.

anath. qui non tribuunt *virtutem S. Confirmationis chrismati. & confyr.* Hæc traditio perpetua salvatur, si dicatur, in Ecclesia non ritum, sed *nominationem* fuisse variam, ut quod hic & nunc dicitur *unctio* vel *confirmatio*, alibi & alias appellatum sit *impositio manus*: atqui hoc cum fundamento dici potest: Innoc. III. c. *cum venisset.* de S. Unct. ait: *Per frontis chrismationem manus impositio designatur, quæ alio modo dicitur Confirmatio.* V. Beda Sæc. VI. in Psal. 28. *Ille unctio, quæ per manus impositionem fit ab Episcopo, vulgo Confirmatio dicitur.* & Rabanus Maur. L. de instit. Cler. c. 28. *Ad solum Episcopum pertinet, ut baptizatum per manuum impositionem cum ipso chrismate consignet.*

Dices 1. Nulla fit mentio chrismationis *tem-* 58.
pore Apostolorum; imo non potuerunt habere femper chrisma. (2. Initio impositio manus nuda fuit primum, postea *mutata* in chrismationem, ita Florentinum ait: *Loco illius manus impositionis, de qua Act. 8. datur in Ecclesia Confirmatio.* Conc. Mogunt. 1549. c. 18. *Confirmatio initio sola manuum impositione exhibita mox sub ipsis Apostolorum temporibus ex eorundem traditione sub chrismatis unctione cæpit conferri.* (3. Chrismatio non fuit agnita pro *Sacramentali*, sed mere cæremoniali; cum ab Ecclesia varie adhibita modo ante impositionem manus confirmativam seu Sacramentalem, modo præter illam, ut ostendit Arauscani I. *can. 2.* qui Sirmondum cum Pet. Aurelio diu collisit: si confirmandus *in Baptismo chrismatus non fuerit, moneatur Sacerdos, ut necessaria habeatur repetita chrismatio*; ubi Sirmondus legit: *ut non necessaria habeatur &c.* unde Basilius L. de Spir. S. c. 27. *Chrisma in nullo libro scripto habetur.* (4. *Nec origo probat traditionem, quia*

quia teste S. Damaso circiter 370. à S. Sylvestro instituta chrismatio est, nec ratio probat Sacramentum esse, quia ab athletic Gentilium desumpta. (5. Possset etiam *purum oleum* sufficere, quia Innoc. III. c. pastoralis. de Sacrament. non iter. ait, omissum balsamum *caute postea supplendum, non esse aliquid iterantum.* R. ad 1. d. a. Nulla mentio explicite *tr. a.* implicite *n. a.* dixi *tr. a.* quia 2. Cor 1. *Qui confirmat nos, & qui unxit nos Deus, qui & signavit nos.* Dein Apostoli parum balsami oleo addidere, & in illis terribus ubique habere potuerant.

Ad 2. d. a. Mutatio facta est quoad rem ipsam. *n. a.* quoad nomen *C. a.* alias Florentinum dicere debuisset loco *illius* impositionis nunc datur *chrismatio*, non vero *confirmatio*, cum impositio jam fuisset confirmatio.

Ad 3. n. a. ad prob. *d. a.* Chrismatio frontalis ab Episcopo facienda est variata *n. a.* verticalis in Baptismo *tr. a.* Canon legi debet sine particula *non*, quia antequam per frontalem confirmaret, debuit remittere ad Sacerdotem seu Parochum baptizantem illos, qui verticalem & ceremoniam nondum in Baptismo acceperant. Confirmat hæc *professio fidei*, quam Mich. Palæologus ad Gregorium X. misit, ubi *chrismationem* refert.

Ad 4. n. a. Origo aliarum ceremoniarum est spiritualis ex opere operantis, hic ex operato: Ratio balsami etiam cum mixtione aliorum aromatum est odor vitæ bonus. S. Sylvester juxta S. Damasum solum præcepit chrismationem verticalem in Baptismo: ritus *Gentilium* similes tam parum obsunt, quam eorum sacrificia vel funeralia nostris. *Ad 5.* Si *oleum* per formam chrismati alias

alias adhiberi solitam consecratur, valere defendit Tournely cum multis aliis *apud* \mathfrak{E} *contra Billuart.* quandoquidem Florent. licet decretum ad Armenos dederit initio *S. approbante Concilio,* & postea *solemniter in publica Sessione Synodali 1439.* emanarit, censetur tamen Armenis voluisse morem Ecclesiæ Latinæ potius velle tradere *ad uniformitatem* consequendam, quam singula requisita ad valorem: ergo licet hoc Florent. expresse balsamum exprimat, potest id exprimere solum ut materiam integram, & ordinariam. Jungo huic *Sacramentum Ordinis* tum ob characterem, quem hæc tria Sacramenta imprimunt, tum ob analogiam materiæ.

Q. 12. Dogmatico - Scholastica.

Quæ materia proxima SS. Ordinum?

Dico: *Probabilior mihi videtur opinio, quod* 59.
Christus alternative seu disjunctive instituerit vel impositionem manuum, vel traditionem \mathfrak{E} *acceptationem instrumentorum ad potestatem consecrandam in corpus Christi verum in Sacerdotio.*
Rat. 1. præter illas *in Synopsi tripart. Theol.* Valida est *Ordinatio Græcorum* per solam impositionem manuum sine porrectione instrumentorum, cum à 4. Pontificibus pro tali agnita fuerit *apud Morinum de Ord. p. 1. c. 3. & 4. Leone X. Clem. VIII. Paulo V. & Urbano VIII. (2 Tempore Apostolorum* sola mentio fit de impositione, porrectio *ex L. Ritus Romanus* primum detecta est ab Alcuino, qui mortuus est 804. adeoque Sæc. VIII. cum de ea nihil adhuc Sacramentarium S. Greg. M. Sæc. VI. nihil Rabanus Maurus licet Sæc. IX. resciverit;

rit; ergo quia porrectio instrumentorum non potest conjungi cum impositione manuum, sicut tamen conjungi potest inunctio frontis in Confirmatione, debet sola suffecisse impositio. (3. *Ex aduerso* illud est materia, per cuius positionem confertur ordo, sed per traditionem instrumentorum confertur *Presbyteratus*: ergo sicut Græci ordinant per hoc, quod Episcopus facto ter signo crucis tenens dexteram supra caput ordinandi dicat: *Divina gratia promovet &c.* ita Latini per traditionem calicis cum vino, & patenæ cum hostia & verba: *Accipe potestatem offerendi sacrificium &c.* (4. Ibi fit ordinatio, quo posito declarat Ecclesia aliquem esse ordinatum; sed post traditionem vocat Clericos *ordinatos*, antea solum *ordinandos*, & aliud non invenitur in toto Ritu significans potestatem Sacerdotii. Certe si impositio manuum esset simpliciter & determinate necessaria, non potuisset eam *omittere Florent.* tanquam essenziale punctum.

60. *Dices* 1. *Impositio manus tacetur à Florent.* ergo vel instructio est imperfecta, vel illa non est materia essentialis; imo Gregorius IX. c. *Presb. de Sacr. non iter.* loquitur de ea, sicut solemus de caeremoniis Baptismi post casum necessitatis: *omissa impositio in ordinato suo tempore suppleatur, non iteretur facta Ordinatio.* (2. *A contrario* porrectio instrumentorum si esset materia essentialis, non potuisset esse ignota tot Sæculis inter S. PP. imo deberet ab Apostolorum traditione Ecclesiæ innotuisse; nulla alia revelatio scitur. (3. *Traditio instrumentorum nec est necessaria, nec ab ijs, qui de illa scripserunt primi, aliter agnita, quam ritus accidentalis, ut Hugo Viçt. Magister Sent. & Bonav. quod confirmat Cong. S. Conc. apud Bened. XIV. Syn. L. 7. c. 25. ubi ordinatus sine traditione instrumentorem in Ecclesia Latina jubetur*

jubetur rursus sub conditione iterare impositionem manuum. igitur hæc habetur pro materia essentiali. *R ad 1. C. a. n. C* Quia intentio Concilii fuit non ea referre, quæ jam Græcis erant nota, sed quæ servirent *ad unitatem* cum Latina conciliandam. *Gregorius IX.* fayet nostræ sententiæ, cum alterutra materia quoad substantiam sufficiat; adeoque *d. a.* loquitur de ea tanquam cæremonia *in præsentia alterius* sufficientis ad valorem *C. a.* aliter *n. a.*

Ad 2. tr. M. Quia in institutione Christi generica potuit Ecclesia speciem prius incognitam eligere; in institutione *disjunctiva* 2. specierum potuit una plurimis esse ignota, quando altera communi usu quasi civitate donata est. *N. m* Non fuit ignota traditio instrumentorum; quippe 1. *Ordo Romanus* ex *Ritu Romano*, cujus origo nescitur, Sæc. VIII. eandem præscripsit ceu ritum non novum, sed diuturno usu jam usurpatum in Ecclesia Latina. 2. Juxta *Regulam S. Aug. & Innoc. I.* quod semper retentum, & à nullo Concilio vel Pontifice scitur institutum, certissime creditur autoritate Apostolica traditum; & 1. *seculis* multa propter Paganos non scripta, sed ore tenus propagata sunt. 3. Ecclesia Latina potuit diversum à Græcis ritum assumere, e. g. ut suos & se *discernat* à Græca 14. vicibus datam fidem fallente à tempore Photii, Mich. Gerularii &c. *Ad 3 n. a.* Est *necessaria*, cum *in Ritu Latino* nulli satis exprimat^r potestas in corpus Christi verum. 1. Non in prima impositione, qua tangitur caput sine ulla oratione. 2. Non in 2da, qua tenens Episcopus manum dextram in aëre orat: *Oremus — Deum, ut super hos famulos, quos ad Presbyterii munus elegit, cælestia dona multiplicet, & quod ejus dignatione suscipiunt,*

ipſus conſequantur auxilio. Quæ ſane verba ſaltem indifferentia ſunt ad diſpoſitionem præviam & gratias alias Ordinis oneribus convenientes conſequendas: *Deciſio cong.* plus non probat, quam quod hoc ad cautelam ſtatuert inter tot diverſas ſententias, quarum aliqua utramque materiam ſimul ad valorem exigit. *Hugo Viſt.* autem, & *Magiſter Sent.* &c. fortassis fuere in ſententia, quod traditio instrumentorum ſit pars ſolum præcepta, aut integrans, qua in re recedimus, licet aliaſ Petrus Lombardus ſententias PPum. ita collegerit, ut qui ante illum ſcripſerunt, nomen *Patrum*, qui poſt illum, nomen *Doctorem Eccleſiæ* tantum obtinuerint.

Q. 13. Dogmatico-Scholastica.

An detur, & qualis character Sacramentalis?

- ¶ 1. **Dico 1.** Cum character ſit ſignum quoddam ſpirituale à cateris diſtinctionum anima indelibiliter impreſſum, quantum fidem concernit: datur character in tribus Sacramentis, *Baptiſmo, Confirmatione, & Ordine.* eſt contra Novatores. *Rat. 1.* *Trid. S. 7. can. 9.* dicit anathema negantibus. *Idem Florent. decret. Armen.* docet. 2. *Perpetua traditio.* hoc teſtatur *Aug. tr. 5. in ep. Joan. Baptizatus, ſi charitatem non habet, characterem habet quidem, ſed deſertor vagatur.* Initerabilitatem ex indelibilitate ſequentem probat *ep. 185.* loquens in perſona Donatiſtæ volentis reſipere: *Quare me non baptizas, ut à peccatis abluſus?* *R. Catholicus:* *Non facio injuriam characteri Imperatoris, cum errorem corrigo deſertoris.* ſimilia

lia habet S. Cyrillus in *præfat. ad Catech. Ambrosius L. de Spir. S.*

Dico 2. De qualitate characteris extra dogma 62. fidei est qualitas physica, animæ intrinseca, & durans perpetuo ultra vitam mortalem. est contra Durandum, qui dum eam docet esse relationem rationis, denominationem mere extrinsecam, videtur nimis recedere multis à doctrina fidei; & facultate non iterandi &c. & contra Scotum, qui admittit eam esse relationem modalem, quam hodie Philosophi in substantiæ habitudine indistincta constituunt. Rat. 1. S. Th. *absolutam qualitatem*, eamque realem esse docet, ut magis proprie explicet ea, quæ Concilia de characterē definiunt. 2. Character *imprimitur* animæ, pertinetque ad *genus potentie*, quæ dat simpliciter posse administrare & recipere Sacramenta, sicut lumen gloriæ videre Deum: ergo est intrinsecum & distinctum quid ab anima; & *perpetuum*, ut e. g. qui semel Sacerdos est, fieri Laicus non possit, ut Trid. S. 23. cap. 4.

Dices 1. De characterē nihil meminit *Scriptura* 63. *ra*: ergo est inventum mere humanum. 2. Non est *finis* hujus characteris, cum eum ut distinctivum aliquod hominis ab aliis non characterizatis nec homines videant, nec Deus aut Angeli indigeant, ergo sicut *habitus fidei*, spei &c. tollitur in cælo &c. 3. Sufficit *moralis*, sicut est in quibusdam graduatis, vel sicut macula peccati originalis posteris moraliter inhæret. 4. *Sacramenta V. L.* non imprimebant ejusmodi characterem: ergo neque N. L. 5. S. PP. intellexerē per characterem vel gratiam sanctificantem ceu habitum, vel ipsam formam Sacramenti, e. g. Aug. invocationem S. Trinitatis in Baptismo. 6. *Christus* non

non habuit characterem, nec eum tribuit Pontificatus: ergo nec Sacerdotes. 7. Ext. Unctio propter luctam ultimam deputat hominem ad militiam & tamen characterem non imprimit: ergo neque Baptismus *characterem familiae* Christi, Confirmatio *characterem militiae*, Ordo *characterem ministerii*. 8. Committitur *circulus vitiosus*; ideo hæc tria Sacramenta imprimunt characterem, quia sunt initerabilia, & ideo sunt initerabilia, quia imprimunt characterem. R. ad 1. tr. a. Quia 2. Cor 1. designatur satis clare: *Qui unxit nos, & signavit nos Deus* &c. n. C. sufficit verbum traditum. Ad 2. n. a. Finis est juxta Trid. S. 23. c. 4. quod e. g. semel Sacerdos ordinatus Laicus fieri nequeat, & non omnis Laicus etiam deputatus à Magistratu politico sit Sacerdos (degradatio enim solum concernit privilegium fori) juxta Mag. Sent sicut vas, *quod semel consecratum est, consecrationem suam nunquam omittit*: juxta alios servit *beatis* ad honorem, *damnat* ad confusionem, denique tribuit *capacitatem* recipiendi & ministrandi Sacramenta, ad quamcunque demum speciem qualitatis pertineat, quæ lis de nomine. Ad 3. n. a. Quia Ecclesia plus dicit de charactere sacramentali, ad verba Florent. propius accedit nostra opinio: *tria imprimunt characterem, id est quoddam signum spirituale, inleibile in anima*: morale autem signum deleri potest. Ad 3. C. a. n. C. Causa est voluntas instituentis. Ad 4. n. a. Quia expresse nominant sigillum, signaculum &c. S. Aug. dum serm. 2. ad pleb. ait: *Iste est character Imperatoris mei, baptizare Gentes in nomine P.* &c. loquitur hic de charactere altero, *externo & causali*, non interno & formali; & cum ait: *Si Donatus in suo nomine baptizaret, imprimeret characterem Donati*; ergo (ut ex hypothesi impossibili probare vult) cum Baptismus noster fiat nomine

mine Christi, Christus imprimit characterem. *Ad 6. C. a. n. C.* Quia character est signum ministeriale participatæ potestatis, & pontificatus non est Sacramentum. *Ad 7. C. a. n. C.* Quia Ext. Unctio non deputat hominem ad statum stabilem, & solum roborat ad pugnam & militiam privatam. *Ad 8. d. a.* Sit circulus, si probetur *una species* ex altera per idem non aliunde probatum *C. a.* si probemus *speciem ex genere* per rationem aliunde probatam *n. a.* nostra probatio hæc est. 1. *In genere* loquendo dantur *aliqua Sacramenta*, quæ ex institutione Christi imprimunt characterem, & ideo sunt initerabilia. 2. *Ex effectu initerabilitatis* colligimus, illa Sacramenta esse hæc tria, Baptisum, Confirmationem & Ordinem; *causam vero initerabilitatis* dicimus characterem, quem ex traditione &c. colligimus, sicut si quis diceret: aliqua creatura in mundo debet esse rationalis, & est illa, quæ ratiocinatur; sed homo ratiocinatur &c.

Q. 14. Dogmatica.

De Sacramento Eucharistie.

Not. De hæreticis oppugnantibus hoc Sacramentum satis sit, quod teste *Greg. de Valentia* ultra 80. expositiones de solis verbis: *Hoc est corpus meum* ab hæreticis factæ defectus paucos afferam. 1. Quidam adnumerant Rupertum Ab. Tuitienf. *Impanatoribus*, qui cum *Joanne Paris.* volunt, corpus Christi uniri substantiæ panis & vini per unionem physicam hypostaticam. 2. Alii *Durandum consubstantiatoribus*, qui cum *Berengario* postea revocante defendunt, corpus Christi

cum substantia panis & vini esse in Eucharistia per compenetrationem. Idque juxta Lutherum *transseunter* tantum in sumptione, juxta alios in sola consecratione. 3. *Balsamoz* contendit, panem non prius converti in corpus Christi, quam simul cum vino, dum consecratur. *Amb. Catharinus* cum *Jeremia* Græco, conversionem fieri per precationem adjunctam verbis nostræ formæ. *Paschas. Radbertus* in sensu suo vere sensit, præsentem esse eundem Christum, qui in vita hæc fuit, sed erravit in modo.

2. *Pro tempore Institutionis* sciendum 1. Pascha seu phase celebrari debuisse *Luna 14ta* primi mensis dicti *Nisan* in memoriam, quod *Angelus* primogenitis *Ægyptiorum* necatis *Israelitarum* ædes incolumes transierit, unde pariter à stantibus festinanter comedendus fuerat. 2. *Luna 15ta* sequebatur solennitas *azymorum* per septem dies celebranda propter egressum ex *Ægypto*; ordinabant autem menses suos *Judæi* per cursum *Lunæ*, ut *Luna 14ta* idem sit, ac dies *14ta* incipiendo à *Neomenia* seu *Novilunio* immediate sequente *Æquinoctium Vernum* nostro *Martio* correspondens. 3. Sicut annum, ita diem distinguebant in *legalem* seu *sacrum*, qui incipiebat à 1 vesperis diei præcedentis usque ad vespervas diei sequentis, & *vulgarem* seu *communem*, qui vel naturalis erat à media nocte præcedente usque ad mediam noctem subsequenter, vel artificialis à solis ortu usque ad occasum illius diei. Lex hæc erat *Exod. 12. v. 2.* *Decima quarta die immolabit universa multitudo filiorum Israel ad vesperam — Et edet carnes nocte illa assas igni Et azymos panes — septem diebus azyma comedetis Et c.*

Dico 1.

Dico 1. *Christus instituit Sacramentum Eucharistie, cum celebravit Pascha cum Judæis Luna 14ta exeunte. ita communior Theol. cum S. Th. p. 3. q. 46. a. 9. Rat. 1. Trid. S. 22. c. 1. Celebrato veteri Pascha novum instituit, cui consentit Ecclesia: post agnum typicum expletis epulis corpus dominicum datum &c. 2. Christus illud Pascha celebravit, quod præceptum erat Exod. 12. & Levit. 23. quod 14. Luna, & prima die azymorum debebat immolari, quod ipsi petentes discipuli Matt. 26. Marc. 14. Luc. 22. parabant, quod vesperi in cœnaculo Israelitæ cujusdam desiderio desideravit manducare, quod immediate secuta est passio ac mors Christi, & cujus negationem in Marcione maximopere teste Epiphanio carpebat Ecclesia: ergo &c. 3. Marc. 14. Paraverunt Pascha: & manducantibus accepit panem — dedit eis & ait: hoc est corpus meum.*

Dices 1. *Evangelista non concordant. p. a. 66.*

Joan. 13. dicit: *ante diem festum Paschæ, quæ Parasceve erat seu præparatio ad Festum, & reliqui 3. dicunt, Pascha à se præparatum & à Christo comestum ipso die festo sc. prima die azymorum ergo (2. Vel Christus Pascha comedit 13. Luna prius, hoc est feria 4ta seu die Mercurii juxta nostra nomina, vel saltem non comedit cum reliquis Judæis: p. a. à Græcis & Luisio Legion. cum 4. aliis: ex una parte sic Christus servavit Legem, quia vespera 2da diei 13æ. est legalis vespera prima diei 14æ. unde vere adhuc celebravit Luna 14. ex altera combinatur melius, quod die festo nil ab Arimatheo Josepho sit laboratum, vel in paranda cœna, quæ erant vendita in Festo &c. (3. Judæi primum feria 6. ad 2dam vesperam comederunt. p. a. feria 6. mane noluerunt ingredi prætorium, ne contaminarentur, sed ut comederent Pascha, Joan. 18. v. 28. igitur*

tunc nondum comederant. volebant, imo non licebat Festo azymorum institui iudicium: *Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo*, Matt. 26. v. 5. ergo feria 6. seu Veneris nondum erat dies festus, sed 1. dies azymorum incidebat tunc in Sabbatum, ut ostendit computus dierum 50. usque ad Pentecosten, quod Festum illo anno incidit in diem post Sabbatum seu Dominicam, & numerari dies à 2. azymorum debebant, *Levit. 23. v. 15.* ita *Joseph. Jud. 2. Manduit* Presb. Orat. cum 10. aliis. (4. Christus debuit Pascha comedere eo die, qui respondebat *egressui Israelis ex Aegypto*; atqui hic respondet diei 13^a. Lunæ, quia non potuit fieri una nocte, ut 14^a Luna agnum comederent Israelitæ, & 600. millia virorum præter feminas & parvulos, armenta, vestes, vasa commodato accepta de terra Gessen exirent, ut prima azymorum seu 15. mane jam essent foris collecta; maxime, quod post comestionem agni non licuerit domo exire, *Exod. 12. R. ad 1. n. a. ad prob. d. a.* Ante diem vulgarem Paschæ *C. a.* ante legalem *n. a.* legalis jam incipiebat vespere 14. Lunæ, hæc intelligitur à Joanne, vulgaris post mediam noctem ab aliis Evangelistis. *Ad 2. n. a. ad prob. n. suppos.* Quod in Festo azymorum nihil licuerit emere aut agere in parandis cibis pro Sabbato, cum id solum in ipso die Sabbati magni prohibitum, quod ex eo etiam palam fit, quod discipuli, quando Christus dixit Judæ, *quod facis, fac cito*, putarint, eum loqui de necessariis ad Sabbatum coëmendis & parandis. *Ad 3. n. a. ad prob. d. a.* & per Pascha Judæi intelligebant azyma & alios cibos ex victimis per totam solennitatem septem dierum manducandos *C. a.* ipsum agnum paschalem initio solennitatis comedendum *n. a.* aliud Pascha, aliud magnum Sabbatum Paschæ, aliud *tota septendialis solennitas* Paschæ, qua

qua semper azyma comedenda, & plures victimæ mactandæ fuerant; dein *Catholicorum computus* numerat 50. dies incipiendo à Dominica Paschali ad Dominicam Pentecostes, Judæorum computus tunc incidebat in Sabbatum. *Ad 4. C. M. n. m.* Comestio agni & egressus primus Judæorum potuit incidere in eandem noctem, qua etiam ab Ægyptiis urgebantur ad exitum propter necem suorum primogenitorum, non item exitus secundus, quando in loco quodam collecti instar exercitus egrediebantur; primus contigit antè solis ortum diei 15tæ, secundus ad solis occasum diei hujus 15tæ, unde falsum esse apparet systema Græcorum, qui Christum mortuum esse contendunt feria 5. seu Luna 14ta, cum feria 6. fracta sint crura latronum, ne eorum corpora manerent in Sabbato in cruce, & triduum Christi in sepulchro explicari sine hac mortis anticipatione possit. Ex quo patet, Christum *in azymis* consecrasse, cum juxta *L. Exol. 2. septem diebus fermentum non invenietur in domibus vestris.* & Leo IX. contra *Cecularium*: *juxta Legis præscriptum Christus ex azymis vetus Pascha adimplevit, & protinus ex azymis novum discipulis tradidit.*

Dico 2. *Datur in Eucharistia vera & realis præsentia corporis & sanguinis Christi.* *Rat. 1. via ratiocinii*: Ubi verba *promissionis, institutionis & ultimæ voluntatis* sunt clara, & executioni assistit ipsa *omnipotentia*, non debent detorqueri ad sensum improprium: sed sunt &c. *p. m.* famoso *c. 6. Joan.* ubi quidam scandalizati retrorsum abiere, quia videbant Eum carnem suam veram ad manducandum promississe. ait Christus: *Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.* In institutione *Matt. 26.* clare ait: *Hoc est corpus meum, comedite: Hic est sanguis meus, bibite &c. ubi*

ubi Apostolis exponit substantiam cibi & potus, & eos invitat, ne quacunque de causa à comestione averti se patiantur, aut à sumptione. Ultima voluntas testamenti sui exprimitur clare 1. Cor. 11. *Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: & Matt. 26. Marc. 14. Luc. 22. Sanguis meus N. Testamenti, qui pro vobis (& multis) effundetur: igitur cum Christus in ultima voluntate paulo ante mortem non possit prudenter præsumi locutus metaphorice, & negari omnipotentia nequeat, quod id efficere possit, quod summa ejus veracitas edixit, sentiendum plane est, melius loqui Catholicum: hoc est de presenti verum corpus Christi, quam Lutherum: hoc erit corpus Christi in sumptione: aut Calvinum: hoc significat corpus Christi; quia juxta regulam S. Aug. L. 3. c. 10. de doctrin. Christ. *verba Scripturae in sensu proprio intelligi debent, quando nihil continent repugnans bonis moribus, aut fidei, aut aliis ejusdem clarioribus testimoniis; & juxta regulam communem interpretum: sensus metaphoricus colligi debet vel ex recepto hominum usu, vel contextu sermonis, vel expositione ipsius loquentis.* Quorum nihil datur, ubi sermo est de pane & vino Eucharistico.*

P. 2. *via præscriptionis, seu possessionis per traditionem.* Quod semper creditum in Ecclesia, & contraria doctrina illico damnata ut hæresis, est genuinum dogma universalis Ecclesiæ: atqui. *p. m.* Non potest ostendi tempus, quo doctrina de reali manducatione Christi fuerit nova; jam initio Ecclesiæ distribuens Eucharistiam dicebat: *Corpus Christi!* & populus acclamabat: *Amen, seu: ita est in veritate.* Vix Sæc. XI. Berengarius negare cœpit realem præsentiam Christi, teste Adelmanno condiscipulo ejus à 15. Conciliis condemnatus

tus est. *Taceo Conc. Nicænum I. & II. AÆ. 6. Viennense de Festo Corporis Christi, Constantiense contra Wicleffum &c. & S. Patres, de quo pleni sunt omnes libri. Aug. tr. 25. in Joan. Corpus Christi & sanguis ex panis & vini substantia efficitur, figura vero est illud, quod exterius sumitur: S. Cyprianus de cœna D. Panis iste non effigie, sed natura mutatus omnipotentia verbi factus est caro. quæ simul negant impanationem &c.*

Dices 1. in c. 6. Joan. loquitur metaphorice, 68: aut moraliter de carne sua, & sumptione carnis per fidem: Spiritus est, qui vivificat. (2. Christus sæpe locutus est de se in sensu non literali, e. g. ego sum petra, vermis & non homo secundum formam externam in passione &c. Imo de Eucharistia dicitur esse Manna, quod tantum sapore referebat cibum, quem comedens optabat &c. (3. Hæc doctrina introducta est ab Anastasio Sinaita Sæc. VII. cœpit ergo traditio an. 636. aut saltem à Paschasio Radberto Sæc. IX. 818. cui se opposuere statim Ratramnus Abb. Orbacens. jussu Caroli Calvi 850. scribens: Rabanus Maurus, & Amalarius Metens. ita Blondellus & Claudius Calviniani. (4. S. Patres sæpe figuram solum agnoscunt corporis Christi in Euch. Tertull. ait: Christus in pane corpus suum representat. Eusebius Cæsareens. Christus jussit discipulos corporis proprii imaginem facere. S. Ambrosius: Umbra est in Lege, imago in Evangelio, veritas in cælo, hic offertur Christus in imagine. S. Aug. tr. in Joan. 25. Hic est panis de cælo — quod pertinet ad virtutem Sacramenti, non quod pertinet ad visibile Sacramentum; qui manducat intus in corde, non qui foris premit dente. & alibi: Crede, & manducasti; ubi effectum, virtutem & sumptionem Sacra-

Sacramenti invisibilem dicit, & fidei adscribit. *R. ad 1. d. a.* Loquitur moraliter de carne in Sacramento contenta *n. a.* de homine mere ad sensum externum judicante, seu sapientia carnali *C. a.* *Not* hoc Caput 6. Joan. in quatuor partes dividitur. 1^{ma}. est occasio loquendi de Eucharistia, *de pane materiali* in 5. panibus multiplicato per 25. versus. 2^{da}. *de spirituali* seu fide in Incarnationem sub figura panis vivi, qui de cœlo descendit, sicut olim Manna usque ad 52. versum. 3^{tia} *de pane sacramentali* usque ad 61. versum. 4^{ta} Propter murmur quorundam sequitur *adhoratio*, ut non secundum carnem sentiamus, sed spiritum: *Caro non prodest quidquam. Ad 2. d. a.* Locutus est de se in sensu non literali, quando sensum metaphoricum indicat vel ipsa *Scriptura*, vel *materia*, vel *circumstantia C. a.* aliter & ubique *n. a.* alias dici posset: *vox est accipitar pro significat* in his: *Hic est filius meus dilectus; Verbum caro factum est, Deus erat Verbum* &c. sic Paulus 1. Cor. 10. addit, Christum de *petra* spirituali locutum esse; idem de *vite*, & palmitibus &c. *Ad 3. n. a.* Lis inter Radbertum & Ratramnum seu Bertramnum (fuerunt ex eodem Monasterio Corbejenfi) fuit solum *de modo existendi* Christi in Eucharistia, quod Radbertus crederet, Christum esse ibi ut passibilem, sensitivum per extensionem &c. quod alii negabant; sic etiamnum est lis inter Scholasticos, an Christus incipiat, aut pergat existere in particula hostiæ insensibili.

Ad 4. d. a. Verba Patrum sumuntur in sensu adversariorum *n. a.* Ecclesiæ conformi *C. a.* Verba 1. quandoque sumuntur *ampliative* ad aliud tempus appellando, *e. g.* quando Tertullianus panem dicit *figuram corporis Christi*, hoc est, qui in

in V. T. sacrificio Melchisedech fuit figura : vel : Panis est corpus Christi, id est, quod fuit panis, sicut dicimus : cæci vident &c. 2. Quandoque formaliter, ad formam Eueb. ut immediate appellent ad species Eucharisticas, e. g. quando Eucharistia dicitur representatio, imago, species sumitur, hostia frangitur secundum species solas, representatio corporis in cruce. 3. Quandoque materialiter, quando nuda sumptio sine fide & fructu intelligitur. Quare Tertull. loquitur relate ad species, quæ sunt corpus representative, natura accidentalis, & quædam externa panis. Eusebius, & Ambrosius imaginem formaliter secundum statum externum Sacramenti, Aug. autem materialem manducationem intelligit; quod Synodus CP. an. 754. aliter loquatur, non est mirum, quia est reprobata à Nicæno II. utpote ab Iconoclastis conflata.

Dico 3. Corpus Christi est præsens totaliter, 69. permanenter à consecratione usque ad consumptionem specierum, & quidem per transsubstantiationem: est contra Lutheranos, Impanatores, Consubstantiatores, & Balsamonem &c. Rat. 1. Adest corpus Christi ut immortale, quod resurgens à mortuis est integrum, impassibile & jam non moritur: ergo licet, vi verborum attingatur nunc solum corpus immediate, nunc solus sanguis, juxta Trid. tamen S. 13. c. 3. utrobique utrumque, & per connexionem anima & Divinitas præsens est. 2. Corpus Christi cœpit esse præsens ante manducationem Apostolorum: quando Christus in cœna dixit: accipite, addidit ante sumptionem: hoc est corpus meum &c. tanquam formam consecrationis; & juxta communem Ecclesiæ traditionem & praxin certa est ejus permanentia; p. a. Verba Christi sumi non possunt, nisi per statum, & usum Ecclesiæ, quæ ho.

hostias consecratas conservat in Tabernaculis, ad ægros defert, per Diaconos ad absentes olim misit, temporibus persecutionum fideles ipsi secum detulerunt &c. probat permanentiam realem, cum *manducatio per fidem*, aut signum morale etiam ab absente haberi queat. 3. *Verba institutionis* identitatem significant subjecti cum prædicato, & in sensu proprio dicunt conversionem: ergo sicut in conversione aquæ in vinum aqua non remansit cum vino, sic nec panis &c. *p. a.* Hæc prop. *hoc est corpus meum*, non potest habere alium sensum quam hunc: *contentum sub his speciebus est corpus meum*; sicut: *contentum in hac hydria est vinum*; neque enim particula: *hoc* significat præsentiam panis; sic quippe esset falsa prop. *Panis est corpus meum*, *sive intelligitur compenetratum*; alias dici potuisset: *Lapis sepulchralis est corpus Christi resurgentis*; *sive hypostatice unitum*; alias deberet dari communicatio idiomatum inter farinam coctam & corpus humanum, quod fieri nequit, nisi persona communis adsit, cui actiones tribuantur, *e. g.* hic homo est Deus, hic nobilis est belli Dux &c.

70. *Dices 1. Solum corpus est in Eucharistico pane*: ergo non integer Christus. *p. a.* triplici ratione: *in triduo* mortis Christi Apostolus consecrans consecrasset in hostia solum corpus Christi: hodie id tantum operantur verba consecratoria, *quod significant*: sed verba *e. g.* super vinum pronuntiata significant solum sanguinem: si confugimus ad connexionem vel concomitantiam, sequeretur, quod verborum vi: *Hoc est corpus meum*, etiam *Verbum* poneretur sub speciebus, imo panis converteretur in totam Trinitatem, & sic verum esset, *Verbum*, & tota Trinitas manducatur ac bibit. (2. *Corpus Christi adest solo in usu, & transsemiter.*

ter. p. a. triplici pariter ratione. Sacramentum pro
 fine respicit illud tempus, quo solo operatur suum
 effectum, utpote signum practicum: *voluntas in-*
stituentis præcepit solum & immediate usum; Apo-
 stolis enim adjecit ante verba consecrationis Matt.
 26. & Marci 14. *Comedite: hoc est corpus &c. Bi-*
bite: hic est sanguis &c. imo dedit tantum condi-
 tionate: si sumant. *Praxis Ecclesiæ* teste Hesychio
 L. 4. in Lev. est correctæ, ut omnia statim con-
 sumerentur ex consecratis residua vel igne, vel à
 parvulis, vel Clericis. (3. *Transsubstantiatio* nec
 probatur *traditione*, nec ex *verbis institutionis* seu
 forma consecrationis: p. a. Transsubstantiatio non
 invenitur in Verbo scripto, nec in Ecclesia fuit
 cognita ante Innoc. III. imo Berengarii formula,
 ubi fidem nostram sub Nicolao II. professus di-
 xit, panem in corpus Christi converti, mutari de-
 buit jussu Greg. VII. & Chrysoctomus ep. ad Cæ-
 sareum ait: *Panis à Sacerdote sanctificatus dignus*
habitus est dominici corporis appellatione, etiamsi
natura panis in illo permansit. (4. Etiam stante
 panis substantia potest dici: *hoc est corpus meum*,
 sicut de bursa potest dici: *hoc est aurum*; de
 ferro candente: *hic est ignis*, licet non desinat
 substantia ferri: ergo etiam &c. (5. Nos ipsi non
 possumus explicare *sensum propositionis*; quippe
 cum inter subjectum & prædicatum debeat dari
 identitas, faceret hunc sensum: *hoc corpus est cor-*
pus meum. Imo si requiritur *destructio* panis, esset
 idem, ac si loco Petri produceretur Paulus. R. ad
 1. n. a. ad Rat. 1. C. a. n. C. Quia corpus Chri-
 sti assumpsit in resurrectione, quod prius dimise-
 rat, sc. sanguinem & animam. Ad Rat. 2. d. a.
 Tantum operantur immediate & per se, quod signi-
 ficant C. a. tantum operantur attendendo vim ope-
 randi per concomitantiam propter connexionem
 n. a. Ad Rat. 3. n. a. Siquidem denominationem
 H tribuunt.

tribuuntur solum termino ad quem immediato ; sed in conversione pani tanquam termino à quo immediate succedit solum *corpus* ceu terminus ad quem &c. neque vox : *meum* , quæ personæ tribuitur , denominationem *conversionis* terminativæ imponit *verbo* , quia dominus vel possessor etiam absens potest rem habere pro sua , & corpus significatur præsens ut existens , non *ut subsistens* . Multo minus convertitur panis *in totam Trinitatem* , licet propter unitatem summam in Essentia omnes personæ adsint , quia non immediate succedunt pani . *Ad 2. n. a.* ad Rat. 1. d. M. Nisi præter effectum alii sint *adhuc fines* , & hic effectus non exigit ipse permanentiam *C. M.* aliter *N. M.* usus oportunus pro viatico , cultus Eucharistiæ etiam extra usum , amor Christi volentis inter nos habitare : *Ecce ! ego vobiscum sum &c.* sunt fines permanentiæ . Ad Rat. 2. C. a. n. C. Quia tunc urgebat ad usum Apostolorum præceptum sumendi , quod ante consecrationem datum , sed ante hanc non est impletum ab Apostolis , habuitque conjunctam propositionem absolutam consecrationis . Ad Rat. 3. d. a. Praxis Ecclesiæ est correctæ *ex supposito* , quasi non daretur permanentia præsentis realis Christi *n. a. mutata* quoad aliqua & ratione circumstantiarum *C. a.* adhuc durabant hi mores tempore S. Gregorii M. , *ut L. 3. dialog.* refert , sublatis propter Priscillianistas , qui se immiscebant domi communicantibus &c. *Ad 3. n. a. ad prob. d. a.* Non invenitur quoad nomen *C. a.* quoad rem *n. a.* professio Berengarii prima fuit postea correctæ propter modum loquendi , qui videbatur indicare corpus Christi produci ex pane tanquam *materia componente* , cum solum conversio fiat ex pane tanquam *termino à quo* remanentibus tamen speciebus , quibus panis desinit subesse ; an autem *substantia panis* destruat ,

tur, vel alio transferatur, an *corpus Christi* sit præfens per adductionem *Scotistarum*, vel veram reproductionem *Thomistarum*, vel replicationem cum alio existendi modo, an *modo mortuo quasi* existat, ut propter compenetrationem nullas eliciat operationes ab organis dependentes, vel juxta Cienfuegos in extensionibus minimis, sunt speculationes parvi usus. *Ad text. Chrysoft.* ait Harduin. librum esse apocryphum, vel explicatur relate ad species, ut supra. *Ad 4. n. a.* Regulæ de denominationibus ex Dialectica hæ sunt: 1. Tunc potest aliquid simpliciter dici de altero, quando unum est ex natura, vel communi modo agendi *continens*, alterum *contentum*, e. g. ostendens dolum ait: hoc est vinum. 2. Quando unum sua apparentia videtur habere specialem *appertinentiam naturalem ad alterum*, e. g. monstrans ferrum ignitum ait: hic est ignis. 3. Quando in re disparata *significatum per effectus sensibiles* se specialiter prodit, e. g. aspiciens columbam in Baptismo Christi dicit: hic est Spiritus S. Jam de panis substantia in Eucharistia nulla ex his verificatur regula: certe Christus panem accepit ut terminum à quo, non ut continens; *ad 5. n. a.* dicimus in hac propositione practica, quæ est simul *enuntiativa & effectiva sui prædicati*, contineri in subjecto hoc suum prædicatum in confuso sc. *contentum sub his speciebus*: productio sola Pauli loco Petri non est conversio, quia deest *commune tertium* à Petro transiens in Paulum, quale in Eucharistia sunt species panis; neque forma consecrationis habet hunc sensum: *Panis fit corpus Christi*, quandoquidem hæc 1^o. conversionem significaret, deinde primum consecutive præsentiam; forma vero enuntiat vice versa objectum suum. *ceterum* 1. ad *novitatem vocis*: Transubstantiatio, Sacramentum *ex opere operato*, homouision &c. bene dixit Aug.

melius est, ut nos reprehendant Grammatici, quam ut non intelligant populi, in Psal. 138. 2. Usus seu sumptio Eucharistiae non est Sacramentum, sed applicatio, seu conditio, ut Sacramentum operetur gratiam. 3. Sacramentum sub una specie est integrum Sacramentum integritate rei significatae, & effectus, quia totum Christum continet, licet non sit integritate signi, & significatione explicata convivi perfecti. de quo fit

Q. 15. Dogmatico - Speculativa.

An Eucharistia necessaria sub utraque specie?

71. **Not.** Tria maxime tempora distinguenda sunt.
1. Quo *Graci* nonnulli docebant, omnibus etiam parvulis necessariam esse Eucharistiam necessitate medii, & à Christo omnibus sub iactura salutis præceptam sub utraque specie; qui error per *Petrum Dresdensen*, & *Jacobellum Misnensem* Sæc. 14. ad Bohemos propagatus, & Sæc. 15. à *Joanne Huse* maxime, & *Hieronymo Pragensi* propugnatus est. (2. Sub *Gelasio* & *Leone Manichæi* abstinabant à specie vini Sæc. 5. quod à Diabolo præcreatum, & fel draconis dicebant. (3. Varios complectitur ritus tum primæ tum modernæ ætatis, qua nunc *permisus*, nunc propter hæreses *præceptus*, nunc propter abusus *sublatus* usus calicis.
72. **Dico** 1. *Eucharistia in ratione Sacramenti non debet necessario sumi sub utraque specie jure Divino. Rat.* In sumptione nec probat ratio, nec fides, nec praxis Ecclesiæ necessitatem utriusque speciei:

speciei: *p. a. 1.* Quando habetur sub una specie totus *Christus*, tota *significatio* Sacramenti, mortis *Christi* & nutritionis spiritualis, & totus *effectus* gratiæ ex integra causa promanans, non datur ratio necessitatis utriusque speciei: atqui &c. certe species tanquam signum externum solum causant gratiam *propter rem*, quam continent, & exhilaratio spiritualis per species vini declarata, est solum *expressior significatio* gratiæ, quam sanguis *Christi* sub specie panis per concomitantiam operatur. *p. a. 2.* Hæc verba *Jo. 6. Nisi manducaveritis carnem & biberitis sanguinem, non habebitis vitam* &c. non probant necessitatem hanc, & aliud mandatum *Christi* non habetur in *Scriptura*: ergo. *p. a.* *Christus* in hoc textu tantum intendit *sumptionem simpliciter* Eucharistiæ, in quantum est medium conservandi gratiam: ergo solum exigit Eucharistiam quoad substantiam corporis & sanguinis sui, modus autem quoad species non determinate præcipitur, unde *Trid. S. 21. can. 1. Anathema, qui dixerit, ex Dei præcepto vel necessitate salutis omnes singulosque Christi fideles utramque speciem sumere debere.* Imo *Christus* ipse eod. *C. v. 52. de solo pane* ait: *Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum: panis, quem dabo, caro mea est pro mundi vita.* ut adeo particula & idem dicat ac: *vel, vel panem vel sanguinem, quod in Scriptura non est infrequens, e. g. maledictus, qui non honorat patrem & matrem.* *p. a. 3. Praxis Ecclesiæ* est sæpe contraria teste *Conc. Matisconensi, Toletano 11. & S. Cypriano de lapsis, S. Maximo circa an. 650.* (1. *Infantibus* olim dabatur species vini, quod instillabatur etiam *agris* non potentibus deglutire species panis. (2. *Sola species panis* dabantur *pueris validioribus, abstemiis, qui nauseabant vinum, & Laicis, qui Eucharistiam deportabant*

domum, ubi panis consecrati partes mulieribus dabantur in pura linteamina, viris in volam dextram, cui submittebant sinistram. (3. Tempore Gelasii propter Manichæos præcipiebatur utraque species, qui se immiscebant in Synaxes Catholicorum sub sola specie panis institutas; tempore vero Hussitarum sub sola specie panis &c. etfi Conc. Basileense 1437. Bohemis & Moravis calicis usum denuo indulserit. Imo Græci Sæc. 4. fere sola præsanctificata sumebant exceptis Dominicis &c. in 40ma, id est panes jam prius consecratos, sicut apud nos Sacerdos die Parasceves: Christus ipse in Emaus dedit, & primi Christiani accipere tantum in fractione panem.

73. Dices 1. *Christus instituit Eucharistiam sub utraque specie: ergo sumenda sub utraque. p. C. ex triplici ratione: mandato: hoc facite in meam commemorationem. exemplo: statim distribuit Apostolis sub utraque. significatione. ut mors Christi significetur, ubi separatus fuit sanguis à corpore. (2. Speciatim Communio requirit utramque speciem. p. a. Communio est instituta sub forma convivii; hoc autem exigit etiam sumptionem potus, & effectus ejus est non tantum extinguere famem, sed etiam sitim. (3. Eucharistia sub utraque confert majorem gratiam: hinc initio Ecclesiæ, ne hoc augmento privarentur fideles, fuit administrata sub utraque, dabatur panis intinctus vino consecrato, & Clemens VI. Regi Galliæ hoc concessit die coronationis cum addito: ad majus gratiæ augmentum. hoc testantur Gregorius Naz. de Sta. Gorgonia, Ambrosius de S. Satyro, Chrysostomus ad Innocentium, quod 2cem speciem acceperint. (4. Verba Scripturæ indicant necessitatem vini consecrati: Bibite ex eo omnes, quod expresse soli speciei vini convenit, & directum est ad omnes*

omnes fideles, sicut: *manducate &c. & Luc. 22.* Christus sicut sumptionem calicis præcepit, *similiter & calicem* proposuit bibendum; simulque præcepit Apostolis, ut administrarent Eucharistiam aliis, sicut iisdem eam ipse administravit, & per traditionem ad posteros hunc modum propagarent. *R. ad 1. d. a.* Instituit sub utraque in ratione *sacrificii C. a.* in ratione Sacramenti & Communionis *n. a.* *mandatum* Christi pertinet ad rationem sacrificii necessario, & ad Communionem arbitrarie pro Ecclesiæ dispositione. *Exemplum* dedit Christus ut sacrificans, & sumens integraliter. *Significatio* mortis per solum corpus habetur scil. ex sanguine vi verborum: ergo fideles non sumunt integrum Sacramentum *integritate signi tr. C.* *integritate rei, & effectus. n. C.* *Ad 2. n. a.* ad prob. *d. a.* Requiritur potus quomodo-
cunque etiam *per concomitantiam* præfens *tr. a.* verbis explicitis appositus *n. a.* dixi *tr. a.* quia corpus Christi *e. g.* in triduo mortis Christi solum præfens sub specie panis, potest *famem & sitim* satiare, quæ spiritualiter acceptæ sunt una animæ affectio. *Ad 3. n. a.* Ubi est *tota causa gratiæ*, & tota ratio Sacramenti, ibi confertur totus effectus: S. Ambrosius & Basilius solam hostiam S. acceperunt in morte, rati, ibi omnem gratiam dari, ubi sumunt ipsum auctorem gratiæ; unde ipsum Basileense S. 30. ait: *Laudabilis est consuetudo communicandi laicum populum sub una specie*, nempe ut variis irreverentiis caveatur, sicque, ubi singularis est devotio vel ratio, possit sub utraque aliquibus concedi: dictum Clem. VI. *dist. ad majus augmentum gratiæ* ex opere operantis *C. a.* ex operato *n. a.* quamquam rationes ejusmodi rescriptis adjici solitæ sæpe sint obviæ & qualescunque. *Ad 4. d. a.* Verba Scripturæ exigunt speciem vini, traditionem &c.

conservandam in Ecclesia pro Sacerdotibus *C. a.* etiam dandam Laicis *n. a.* ibi representabant Apostoli Ecclesiam solum hierarchicam; deinde vox: *similiter* retulit Christus *ad modum* sc. accepit similiter, benedixit calicem &c. non *ad praeceptum*, & hoc generale pro omnibus. ergo bene Pius V. fustulit usum calicis, quem Pius IV. 1564. instante Ferdinando Imp. & Rege Gall. & Trid. Concilio rem Papæ relinquente Bohemis concessit. *V. Tourneley q. 6. a. 2.*

74- Dico 2. *Utraque species defacto est necessaria ad sacrificium Missæ, quod proin est verum reale N. L. sacrificium. 2. Cujus essentia probabilius consistit in sola consecratione.* pro hac Conclusionem

Nota 1. In *V. T.* ratione materiae fuerunt tres sacrificiorum species, *viſtima*, ubi animalia mactabantur; *innolatio*, ubi panes vel fructus offerebantur, simul tamen vel in frustra dissecabantur, vel igne torrebantur, sal urebatur; *libamen*, ubi liquor effundebatur. 2. Tres pariter ratione finis, scil. *holocaustum* ad solum honorem Dei, *sacrificium pro peccato* ad obtinendam veniam, *hostia pacifica* pro beneficiis vel jam acceptis gratias agendo, vel accipiendis supplicando. Jam vero his sacrificiis substitui debet sacrificium *N. L.* quandoquidem nulla unquam Religio inventa est, quæ caruerit sacrificio ceu primario Religionis actu.

P. jam 1. pars C. Cui competit natura sacrificii in communi, *suppletio* sacrificiorum *V. L.* *præfiguratio* *N. L.* & praxis seu *traditio* constans, debet dici verum ac reale sacrificium *N. L.* sed hæc competunt sacrificio Missæ: ergo. *p. m. quoad 1.* Natura sacrificii continet *viſtimam*, quæ est corpus

corpus & sanguis Christi, *maclationem* victimæ, quæ mystice fit per duas formas, per quas separatur mystice sanguis à corpore, & *finem* supremi domini protestationem. *p. m. quoad 2.* Sacrificium Missæ ut *latreuticum* supplet holocaustum, ut *propitiatorium* sacrificium pro peccato, ut *Eucharisticum* seu gratiarum actorium & ut *impetratorium* hostiam pacificam. *p. m. quoad 3.* Hoc sacrificium est prædictum à *Malachia c. 1.* *Mimus non suscipiam de manu vestra — in omni loco sacrificatur* & offertur *nomini meo oblatio munda.* est præfiguratum à *Melchisedech* offerente panem & vinum, & Christus *Pfal. 109.* & *Heb. 5.* dicitur *Sacerdos secundum ordinem Melchisedech.* Est mandatum *Apostolis, Luc. 22.* *Hoc facite in meam commemorationem.* *p. m. quoad 4. memb.* Liturgiæ 4. *SS. Jacobi, Clementis, Basilii & Chrysoptomi* ne utquam apocryphæ probant (contra, quam *Minutius Felix in dialog. ad Gentiles* falso asseruit) Christianos Tempia, aras & sacrificia habuisse, sed primis temporibus in occulto. *S. Jacobus ad Egeam: Quotidie Deo immolo — agnum in Altari: S. Laurentius ad Xistum: Nunquam sine ministro sacrificium offerre consueveras.* Taceo miracula hac de re, & quod *Act. 13.* Apostoli dicantur *Domino ministrasse,* hoc est, ut *Bellarminus* ex voce Græca probat, celebrasse, atque multa *SS. PP.* testimonia.

P. 2. pars C. In illa parte consistit essentia sacrificii, ubi offertur *victimâ* Divina cum *maclatione* mystica ad *finem* supremi cultus Divini: hoc fit in consecratione sola. *p. m.* In consecratione fit *transsubstantiatio* panis in verum corpus Christi, cum *in oblatione* priore solum adhuc adfit panis: hic fit mystica *separatio* sanguinis à corpore: hic Christus ut principalis offerens offert

se D. Patri, & Sacerdos seu ministerialis per intentionem virtuaalem saltem idem facit &c. certe *Communio* habet rationem convivii, *reliquæ* preces sunt accidentales cæremoniæ, quæ successive ab Ecclesia sunt introductæ. 2. Hæc pars habet maximam analogiam *cum holocausto* ceu primaria specie sacrificiorum V. T. ubi tota victima fuit igne consumpta, quin pars Sacerdoti aut præsentibus communicata sit: ergo potest intelligi sacrificium sine sumptione; certe *c. relatum. de consecr. dist. 2. can. 11.* Conc. Toletanum *illicite solum* indicat sacrificasse illos Sacerdotes, qui sæpe in die celebrabant, solum in ultimo sacro communicabant.

76. Dices (1. Sacrificium Missæ non est *simpliciter* sacrificium. p. a. Christus semel solummodo confecit sacrificium, sc. in cruce, ita Paulus quater ad Heb. c. 9. & 10. *semel oblatus est: semel introivit in sancta* &c. (2. Christus ritus externos sacrificiorum sustulit in N. T. *Adorabunt in spiritu & veritate*: Jo. 4. *Requirit sacrificium laudis, & laborum* &c. Psal. 49. (3. Nihil probat figura *Melchisedech*: quia hic non sacrificavit, sed solum panem dedit Abrahæ; imo Christus illi comparatur sub alia ratione, quod fuerit Rex sine nominato Patre &c. (4. Si Christus fecisset sacrificium in cœna, debuisset id indicatum esse in *historia Evangelica*: sed non est, cum solum indicetur sacrificium futurum in cruce: *corpus, quod pro vobis tradetur, sanguis, qui effundetur*; imo teste Pallavicino *L. 16. c. 2.* multi ex Theologis in Trid. hoc negabant. (5. Non est *verum sacrificium*. p. a. Est mera memoria sacrificii cruenti: *hoc facite in commemorationem*. (6. In cœna facta est *ultima voluntas N. T.* confectio autem testamenti non est sacrificium, sed nuda expressio dispositionis. (7. Non est sacrificium à Malachia prædi-

prædictum, cum non in omni loco &c. fiat. *ubi enim facta est remissio per sacrificium crucis, jam non est oblatio pro peccato.* (8. Si fuisset sacrificans, deberet Christus comparari *Aaroni*, & *Levitis*. certe ne quidem in passione sua sacrificabat, siquidem solum passus est à lictoribus. *R ad 1. n. a.* ad prob. *d. a.* Semel oblatus est oblatione cruenta in cruce ad offerendum pretium redemptionis *C. a.* incruenta ad applicandum illud pretium nobis *n. a.* neque hæc oblatio obest cruentæ, cum ipse Christus per hanc honoretur & honoret *D. Patrem*, nobis fiat *victima propitiationis* ad delendam pœnam temporalem ex opere operato, ac *impetrationis* ad obtinendas gratias actuales, quibus mediantibus agatur pœnitentia, & obtinenda bona temporalia; ut adeo pro *remissione culpæ* vim tantum mediate conferat. *Rat.* Quia peccatum non remittitur sine retractione: sic salvatur similitudo sacrificii crucis *N. T.* & ita docet *Trid. S. 22. c. c. & can. 3.* ubi anath. dicitur asserenti, *quod non proffit hoc sacrificium vivis & defunctis pro peccatis, pœnis, satisfactionibus & aliis necessitatibus.* *Ad 2. n. a.* Solum excludit ritus externos nude sine interno spiritu exercitos: *oratio* est sacrificium late & improprie tale, cum nulla victima vel materialis hostia offeratur. *Ad 3. n. a.* *Melchisedech Gen. 14.* & Christus huic comparatus prædicatur *ut Sacerdos*, cujus essentialia est sacrificare; neque solummodo *Melchisedech* dedit panes pugnatoribus *Abrahæ*, ut qui prius jam reffecti cum prædis & decimis advenerant, sed obtulit *hostiam pacificam*, ubi pars in Dei honorem torrebatur, pars Sacerdoti, pars cedebat offerenti pro gratiarum actione. *Ad 4. d. a.* Nihil *clave* indicatur ibi verbis *C. a. re* & sensu *Ecclesiæ n. a.* commemorationem sacrificii præcepit *Apostolus*, in textu originali dicitur: *quod traditur, qui effunditur:*

ditur : comparatur propter hunc actum cum *Melchisedech* qua Sacerdote, *prædictio* Malachiae huic soli actui convenit &c. deinde lis Doctorum Trid. non fuit, an fuerit sacrificium, sed an dicendum etiam propitiatorum propter sacrificium crucis secutum. *Ad 5. n. a.* ad prob. *d. a.* Est memoria nuda *n. a.* realis & specialis *C. a.* potest facti memoria fieri vel sola narratione, vel exhibitione per alias personas, vel exhibitione ab ipsa persona representata, quæ factum patravit. *Ad 6. C. a. n. C.* Quia potest conjungi Testamento sacrificium tanquam compatibile. *Ad 7. n. a.* Successive fit in omni loco; certe sacrificium à Malachia prædictum non convenit *sacrificio crucis*, quia in uno tantum loco, & inter Judæos adhuc peractum, nec aliis sacrificiis bonorum operum, quia hæc non à solis Sacerdotibus fiunt, non sunt substituta *V. T.* non sunt simpliciter sacrificia *inimba*, sed cum addito *laudis* &c. *Ad 8. n. a.* Quia Aaronis sacrificia non fuerunt *præfigurativa* sacrificii incruenti, qui solum quandoque panes & oleum *accessorie* instar condimenti addidit suis sacrificiis, & sacrificia *L.* scriptæ averfatus apud Malachiam repulit.

77. *Dices contra 2. part.* (1. Oblatio est primum in sacrificio: ergo *offeritorium* est essentiale. (2. Debet offerri panis & vinum juxta *figuram* Melchisedech. (3. Sacrificium pro suo complemento exigit *Communione*, ubi fit consumptio specierum. (4. Possit fieri sacrificium *sub una specie*: ergo in quavis *Communione*. (5. In die *Parasceves* fit verum sacrificium *Missæ*, licet ibi non fiat consecratio. *R. ad 1. d. a.* Oblatio mera *n. a.* conjuncta cum *destructione* seu *mactatione* *C. a.* *Ad 2. d. a.* Panis quoad substantiam *n. a.* quoad naturalem ejus speciem *C. a.* *Ad 3. d. a.*
Exigit

Exigit *consumptionem* specierum *n. a.* consumptionem substantiæ sub speciebus contentæ, & hanc mysticam, cum sit sacrificium inconruentum, figurativum cruenti *C. a.* Communio indicat potius *sepulturam* & habet rationem convivii. *Ad 4.* Saltem utraque species sub gravi præcepto *clarius* indicat immolationem mysticam. *Ad 5. n. a.* Est *præsanctificatum*, & complementum priduani sacrificii.

Praxis circa Eucharistiam hæc est. (1. Olim 78. legebant Sacerdotes Missam in die, quoties volebant. Leo III. teste Baronio *ad an. 940.* celebrabat quandoque septies eodem die. Hunc morem sustulit Alexander II. an. 1073. (2. Novelis Sacerdotibus *Sac. 10.* dabatur grandis hostia domum deportanda, à qua sumebant quotidie particulam per 40. dies, donec 1. sacrificium celebrarent, ut tempore *S. Fulberti Ep. de Chartres.* (3. Primis Sæculis in quavis urbe *unica* tantum Missa eodem die celebrata est teste *Thomasso P. 1. L. 2. c. 2.* (imo Græci etiamnum unum publicum sacrificium in una Ecclesia celebrant) sub qua communicabat populus sub utraque specie. (4. Olim *communicabant* fideles quotidie teste *Hieronymo ep. 50.* & quidem jejuni, ut *Tertullianus ad ux. Cath. Ethnico nuptam L. 2. c. 3.* scribit; deinde debebant communicare *ter in anno*, in Nativ. Christi, Pasch. & Pent. *can. 16. dist. 2. de consecr.* denique præceptum, ut *semel* saltem in Pasch. sub pœna ferendæ sententiæ privationis ab ingressu Ecclesiæ, & sepultura sacra. *c. omnis utriusque.* in Lati IV. & Eugenii IV. *Bulla; Fide digna.* unde lis enata inter *Ant. Arnaldum*, qui nimis raro, & *P. Picbon*, qui quotidianam Communionem defendebat. (5. *Ægris* ob tussim non est neganda. Bene ob periculum vomitus *S. hostia;*

hostia; nunquam tamen ad ægrum deferenda præcise ad eam *deosculandam*, aut venerandam, nec danda sub specie *vini* consecrati, nec sub pane simplici in specie vini intincto, sed in specie panis consecrati per aquam aut purum vinum mandefacta, ut *Bened. 14. de sacrif. Miss. L. 3. c. 9.*

79. Q. hic, *an in jejunio & festo præcise locali liceat exire loco hoc ad evitandam hanc L. particularem*, ut alibi, ubi non est festum, possit laborare. Dico, præcise *locali particulari*, ne extendatur ad legem personalem universalem, festum in Ecclesia communiter celebratum &c. R. *Probabile est licere exire loco.* Rat. 1. est *authoritas* plurium cum Illung. Suarez. Bonacina cum Palao & aliis. 2. *Lex localis* inhærens loco obligat solum *præsentes in loco subditos*, & non prohibet, ne quis declinet vim legis in actu 2do: *p. a.* Illius tendentia est absoluta & simplex: *præsentes tenentur festo, volo observari festum in loco*; & egressio nec prohibetur directe à lege, nec indirecte ratione fraudis: non directe; aliter Lex foret quodammodo *gemina* prohibens absentiam, & præcipientes observationem in loco: non indirecte; quia *non censetur dolo facere, qui utitur jure suo*; certe non censetur *absentes prius* obligare ad ingressum loci: ergo neque prius præsentes obligare ad permanentiam in loco. 3. *A pari*: Prop. conditionata non afficit immediate conditionem, sed solum conditionatum, e. g. *voveo Religionem, si pater consentiat*: sed talis lex localis est reipsa etiam conditionata: teneor observare, si præsens sim: possum existens in loco legis *procurare privilegium* liberans me ab onere legis: ergo & actionem ponere liberantem me à loco legis, ubi *lex* ne quidem potest obligare, ex essentia sua affixa loco. 4. *Ab exemplis.* Potest quis

quis evitare locum, ne in eo incurrat censuram, ut decidit Bonifacius VIII. c. 2. de *constit. in 6.* potest subditus transire à loco ad evitandam pœnam, onera tributorum, requisitionem septem testium in condendo testamento, ad alium ubi est liber à prædictis: ergo etiam à loco ubi lex alias illum obligaret. *Si dicas* 1. Abiens à loco, in quo eum lex obligaret, agit in fraudem legis eludendæ: ergo cum *nulli patrocinari fraus sua debeat* &c. p. a. Abiens à loco Parochiæ suæ, ut copulari alibi possit *in matrimonium*, juxta Urbanum VIII. an. 1627. agit in fraudem legis: abiens à sua Diœcesi, in qua incestus est *casus reservatus*, in aliam ad evitandam reservationem, juxta B. *superna*. Clementis X. non absolvitur alibi propter fraudem: ergo etiam &c. (2. Discedens ad evitandam legem posset *in quadragesima* adire locum dispensatum: posset Italus adire Germaniam, ut liceat ei vesci *lactiniis*. (3. Talis nocet authoritati *Legislatoris*, qui hujus potestatem minuit; & sic possent omnes exire, ut enervaretur lex localis. (4. Non licet *in alieno agro* effodere thesaurum, ut *ff. de aqua pluvi. arcend.* ergo neque commodum quærere in alieno loco. R. ad 1. primo n. C. quia non est paritas cum lege proprie legali particulari, quia à *proprio Parocho copulari* est lex universalis & personalis pro bono matrimoniorum, *lex reservationis* media quædam lex est inter localem & personalem, immediate afficiens Confessarios. Deinde tr. a. n. C. quia hi 2. casus sunt excepti specialiter propter sequelas, *exceptio autem unius firmat regulam in contrarium*. Denique d. a. in his 2. casibus agitur *in fraudem legis* proprie & simpliciter n. a. improprie, & quia exiens jam secum fert prohibitionem exitus in actu 2do eum obligantem C. a. Ad 2. n. a. Si præcise ideo exeat, partim

partim quia L. jejunii 40malis est universalis lex Ecclesiæ, partim in dispensato loco homo quærit libertatem specialem à communi onere, noster exiens quærit libertatem communem ab onere speciali. *Ad 3. n. a.* Siquidem Legislator non *expresse prohibens egressum* relinquit cuique suam libertatem, & si pro casu non suspicabili omnes egredientur, formaret aliam legem. *Ad 4. C. a. n. C.* *Effossio agri alieni nocet domino agri* &c. nihil apud nos simile; certe licet præcise ad declinandam legem sui territorii subdito relinquere *suum domicilium*, ut omnino desinat esse subditus: ergo à fortiori, quin noceat suo Legislatori, ad breve tempus discedere, ut extra territorium existentem lex localis hic & nunc non feriat.

Q. 16. Dogmatico - Scholastica.

De Pœnitentia Extrasacramentali.

80. **N**ot. suppono 1. Pœnitentiam salutarem debere esse *supernaturalem*, cum Trid. S. 6. can. 3. dicat: *neminem sine inspiratione Spiritus S. pœnitere posse, sicut oportet.* & Innoc. XI. prop. 59. rejiciat naturalem: *probabile est sufficere attritionem naturalem.* 2. Nullum peccatum grave remitti sine altero, cum remissio fiat per infusionem gratiæ sanctificantis, quæ omni peccato per se opponitur, ut Trid. c. 7. dicit: *formalem causam justificationis esse Justitiam Dei, quam in nobis recipimus, non qua Deus justus est.*
81. **D**ico 1. *Aliqua Pœnitentia lapsa personaliter est necessarium necessitate medii. est* (1. doctrina Ecclesiæ

clesiæ deducta ex hac Providentia, exemplis V. Testamenti, & illo Luc. 13. *nisi penitentiam egeritis, omnes similiter peribitis.* & innumeris textibus Prophetarum, e. g. Joel. 2. v. 14. Ezechiel. &c. & SS. PP. e. g. Aug. ep. 5. *nisi egerit penitentiam, salvus esse non poterit.* (2. Pœnitentia est medium per se ordinatum à Deo, & ita necessarium, ut etiam ea inculpabiliter omissa remissio peccati ac salus obtineri non possit: ergo &c. p. a. Illud *convenienter statuitur* ut tale medium, quod immediate debet tollere maximum impedimentum salutis, & frangere contumaciam rei; & illud *actus est statutum*, sine quo testimonia Verbi Divini & Ecclesiæ non verificarentur proprie in sua latitudine: sed si sine pœnitentia vel unicus salvaretur peccator, non verificaretur *omnium similiter interitus*: quare *sequitur* actum pœnitentiæ esse *Juris Natura hypothetici* supposita Institutione Divina. (3. Trid. S. 14. c. 2. est *lapsis necessarium, ut Baptismus nondum regeneratis.*

Dico 2. *Hac pœnitentia de peccato mortali est sola contritio charitate perfecta.* extra Sacramentum. 82.
Rat. 1. Trid S. 14. c. 4. postquam de contritione in genere dixit: *Fuit quovis tempore ad impetrandam veniam peccatorum hic contritionis motus necessarius, & hanc contritionem aliquando contingere esse charitate perfectam,* addit, *hominemque Deo reconciliare, priusquam Sacramentum actu suscipiatur.* igitur cum vox: *charitas* in communi sensu tunc indicarit amorem Dei appetitivum super omnia & quidem propter suam bonitatem intrinsecam, denique cum *inclusio unius sit exclusio alterius specie inferioris,* sola hæc contritio justificat; secus enim mancam doctrinam dedisset Trid. (2. *Conversio ad Deum debet fieri, querendo Deum ex toto corde & tota tribulatione ani-*

mæ. Deut. 4. v. 29. Ergo cum hoc fiat ex solo præcepto 1^o. *diliges Deum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua &c.* (3. Peccator debet accedere ad Deum, sicut aut ab initio usus rationis accessit, aut per peccatum à Deo recessit: *convertimini, sicut in profundum recesseratis.* Isa. 31. v. 6. Ergo quia recessit præferendo creaturam Deo, & quidem propter bonum illius creatum, debet accedere præferendo Deum &c. Certe *recta ratio* exigit, ut bonum pro merito suo appetatur, & appetatur propter intrinsecam suam bonitatem, quæ quia in Deo est summa, debet illa intendi in se *ut motivum*, & super omnia ut *objectum materiale*; aliter non ex toto affectu cordis appeteretur; siquidem summus honor Dei in hoc consistit. (4. *Trid.* contritionem ex turpitudine peccati conceptam numerat *inter imperfectas*: sed omnis concepta ex virtute morali gratitudinis, religionis, justitiæ volentis jus Dei inviolatum &c. concipitur ex turpitudine peccati, opposita scilicet *bonestati create* virtutis moralis, quæ est minor, quam virtus theologica spei, ad quam pertinet timor, quia *contrariorum eadem est disciplina*. paucis: non sufficit dolor ex spe theologica conceptus: ergo multo minus ex quacunque virtute morali.

23. Dico 3. *Hæc contritio justificat statim, etsi remissa intensiõe ac brevis, & quidem cum reviviscencia meritorum per peccatum mortificatorum, ut solide Dicastillo cum 18. aliis tr. 8. n. 628.*

Rat. 1. part. quæ est contra *Bajum, Guil. Estium* &c. dicentes, quod justificet ordinarie solum in casu necessitatis seu articulo mortis, quos dein *Franc. Sylvius* deseruit. 1. Ezech. 33. *In quacunque die conversus fuerit, impietas non nocebit*

Acti ei. Cont
debor impifi
erium in
atum statim
etiam contri
pro tempore
ep. 91. apud
ora conc. effi
hij. Charta
ine remissio
nu remissio
Martyrii fua
ur cum i.
de &c. vera
de sine remi
ficaret, esse

Rat. 2.
Locutione;
pado intensi
epiuit, quat
an voluptas.
nitionem exig
is, quia non
laris ac de
litæ morib;
h; hujusmo
tionem q
peccatorum res
legulena, n
no actu minu
quater Dew
ter summe a
ne amore co
talitate app
Speja Dei i
icio summi

cebit ei. Confirmat hoc David Pfal. 31. *Dixi, confitebor injusitiam meam, & tu remisisti*, ubi præteritum indicat celeritatem remissionis. 2. *Pecatum* statim tollit amicitiam: ergo statim eandem etiam contritio reducit: *ego diligentes me diligo* pro tempore præfenti, *Prov. 8.* ad quod S. Leo ep. 91. *apud Deum nullus patitur veniæ moras vera conversio.* 3. *Ecclesia* damnavit 31. & 71. Baji. *Charitas perfecta ex corde puro — potest esse sine remissione peccatorum. &: Per contritionem — non remittitur crimen extra casum necessitatis aut Martyrii sine actuali susceptione Sacramenti.* Igitur cum 1. Prop. falsa dicat: *Aliquando potest esse &c.* vera est contradictoria: *numquam potest esse sine remissione:* sed si non illico contritio justificaret, esset aliquo tempore sine remissione.

Rat. 2. part. quæ est contra Adrianum & Lovanienses, qui summe intensam, aut in certo gradu intensam, & *Pet. Sotum*, qui intensiorem requirit, quam sit dolor de omni re alia aut peccati voluptas. 1. *Christus* non potuit talem contritionem exigere, quæ sæpe sit homini impossibilis, quia non sita in ejus potestate; quæ dubiis plurimis ac desperationi sit obnoxia, quæ in debilitate moribundi, subito metu non expectanda: hujusmodi esset contritio intensiorem, & extensionem quoad *tempus*, aut *distinctam* omnium peccatorum recogitationem requirens, qualem nec *Magdalena*, nec *Latro* creditur habuisse. 2. Sicut uno actu minus intenso vel extenso potest *summe graviter Deus contemni & offendi*, sic poterit pariter summe appetiatiæ amari, & contritio ex hoc amore concepta est conversio ex toto corde *totalitate appetiatiæ Dei, & aversionis ab omni offensa Dei in communi:* ergo cum summa appetiatio summi boni, & summa aversio summi mali

I 2 sine

sint 2. cardines, quibus 1. præceptum charitatis
volvitur &c.

Rat. 3. part. 1. *Misericordia & gratia Dei plus potest in hominis opera, quam culpa: igitur si culpa ea potuit mortificare, possunt illæ resuscitare.* 2. Jam apud Joel. 2. Deus promisit, se redditurum annos, quos comedit locusta &c. & apud Paulum Gal. 3. *Tanta passi estis sine causa? si tamen sine causa. hoc est, non tamen sine fructu, si respiscitis, si vero in errore perseveretis, sine utilitate vestra, ut exponit S. Hieron. nec tamen sequitur, quod etiam peccata priora reviviscant quoad numerum & speciem.*

84. Dico 4. *Non tamen obligatur peccator statim post peccatum per se loquendo ad hanc contritionem, ut hodie communissima contra Guiliel. Paris. Rat. 1. negativa; nullum habet grave fundamentum gravem obligationem imponendi, maxime 2. licet actus celeris respiscentiæ sit melior, quam oppositum, non tamen gravis ejus obligatio est melior, quam hujus negatio, cum esset ansa multiplicandi peccata impoenitentiae specialis ob ejus difficultatem.* 3. *Obligatio Juris Naturæ conditionati deberet esse cognita passim viris piis & doctis: ergo cum hoc non sit &c. plura V. in Synopsi Theol. Mor. tripartita.*

85. Dices contra 1. C. 1. *Illud: nisi poenitentiam egeritis &c. non plus dicit, quam hoc: nisi manducaveritis carnem filii hominis, non habebitis vitam, &: nisi humiliamini, sicut parvulus iste &c. & tamen nec Eucharistia, nec humilitatis virtus est necessaria necessitate medii. (2. Vel poenitentia esset necessaria ut virtus, vel ut medium salutis? vel in re, vel in voto? Scriptura nihil deter-*

determinat; imo dicit contrarium, quando *Luc. 7.* remissionem tribuit charitati Magdalenæ: *Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum. & eleemosynæ Luc. 11.* veniæ inimicorum *Matt. 6.* adulteræ remissa sunt peccata sine prævia pœnitentia. (3. Lex pœnitentiæ non est *Juris Naturæ*, cum obliget ad actum supernaturalem. *R. ad 1. n. a.* Ex declaratione Ecclesiæ denotat necessitatem majorem; & indispensabilem necessitatem, sicut: *nisi quis renatus fuerit ex aqua &c. Ad 2.* Est necessaria necessitate utraque, *medii* scilicet, & probabilius *in re* formalis retractatio, quamvis aliqui eam *in voto* in charitatis actu inclusam sufficere velint; *præcepti* autem ut virtus, cui opponitur impœnitentia non mere negativa ex inadvententia ad legem admissa, & consistens in circumstantia solius durationis peccati prioris, sed *positiva* voluntate commissa, quæ habet specialem inhonestatem, & constituit novum peccatum: ad reliqua dico: remissio peccati iis conceditur vel *mere dispositive* tanquam mediis ad illam, vel *conjunctim* cum pœnitentia; ad 3. est *Juris Naturæ* conditionati, si instituat a Deo, & gratiæ auxilii succurratur. *Patet ex his*, quomodo actus charitatis includat votum Eucharistiæ, restitutionis &c. in generali proposito servandi omnia præcepta ad evitandam meram offensam Dei.

Dices contra 2. C. Contritio charitate perfecta nec sola tollit peccatum grave, nec tollit omne peccatum grave: ergo. p. a. quoad 2. memb. Dantur aliqua peccata irremissibilia, e. g. peccata & maxime blasphemia in Spiritum S. Ita Athanasius ep. 4. ad Serapion. cum enim Origenes, & Novatiani docuissent, negationem Christi, & omnia peccata post susceptum Baptismum commissa esse blasphemiam in Spiritum S. adeoque

irremissibilia, dixit Stus, Si hæc peccata sunt blasphemix in Spiritum S. vicere Novatiani: ergo clare docuit, hanc blasphemiam irremissibilem esse. *Joan. 5.* datur peccatum ad mortem, pro quo nihil prodest oratio. *Heb. 12.* &c. Peccatum Esau, Antiochi &c. non obtinuit misericordiam, cum lachrymis inquisitam. (2. *Quoad 1. mb.* etiam contritio ex gratitudine, religione, spe concepta est perfecta, & justificat extra Sacramentum. *p. a.* ex Trid. quod ait 1. *inter perfectas contritiones* aliquando contingere unam esse charitate perfectam: ergo reliquas non negat esse perfectas. 2. *Ad imperfectas* solum revocat illas, quæ ex turpitudine peccati, & metu gehennæ concipiuntur: ergo omnes aliæ sunt perfectæ. (3. *Ex ratione.* Illæ sunt perfectæ, quibus homo *ex toto corde* se convertit ad Deum; quibus Deus attingitur *ut finis cui*, in cujus honorem cedit actus contritionis; & quæ detestantur peccatum *ut offensam Dei*: atqui hæc tria fiunt etiam in prædictis contritionibus, e. g. Religio enim quærit cultum, qui cedit in honorem Dei &c. (4. Sic plures formulæ habitæ pro perfecta contritione rejiciuntur, e. g. concepta *ex amore filiali*, ex amore erga *Christum pro nobis passum*; certe potest quis amicum *amore amicitie* amare, quin illum præferat omnibus aliis. *R. n. a.* ad 1. prob. *n.* vel *d. a.* Peccata *vere irremissibilia* & quidem durante via *n. a.* difficulter remissibilia seu *moraliter irremissibilia*, aut in morte commissa *C. a.* Argumentatio hæc est: Si aliqua essent vere irremissibilia in via, vel hoc oriretur *ex gravitate peccati* ipsius? sed malitia hominis finita semper superatur à misericordia & potentia Dei infinita; vel *ex insufficientia doloris*, ut post certum numerum aut malitiam peccatorum elici non possit sufficiens? at mutabilis voluntas adjuncta gratis in thesauro

thesauro omnipotentiae reconditis est par retractioni appetitivae; vel *ex voluntate Dei*, discernentis homini non dare gratiam, qua consequi remissionem queat? verum hoc repugnat textibus illimitate vocantibus ad poenitentiam & promittentibus veniam; certe de morali irremissibilitate in vita intelligunt interpretes apud Calino *Serm. 75. peccata in Spiritum S. de impoenitentia finali peccatum ad mortem*, de poenitentia non sincera Esavum habentem adhuc animum peccandi: *Venient dies luctus patris mei, & occidam Jacob fratrem meum. Gen. 27. v. 41. Ad 2. n. a. ad prob. n. a.* Sed Trid. ait: 1. Ex contritione *in genere accepta* contingit aliquam esse charitate perfectam. 2. Imperfectam concipi *ordinarie* ex metu inferni, quae *ad spem* pertinet, cum spei caeli, & metus inferni tanquam *oppositorum* ratio sit eadem, aut ex turpitudine peccati, ad quam spectat omnis dolor conceptus ex odio inhonestatis oppositae omni *honestati creatae* cujuscunque virtutis moralis: ergo omnes contritiones non conceptas ex charitate imperfectas censet. *Ad 3. d. a.* Si haec omnia fiant propter bonitatem Dei intrinsecam & absolutam tanquam motivum immediatum *C. a.* aliter *n. a.* adeoque si Deus amatur ex toto corde propter seipsum, si est finis cui propter bonitatem suam *essentialem*, si actus detestatur peccatum ut offensam Dei *in se summe boni*, erit perfecta contritio. *V. Synopsin Theol. trip. n. 52. Ad 4. eadem est solutio.* Amor filialis, si beneficia paterna deducat ex bonitate patris intrinseca, transit in affectum charitatis; *amicitia amici creati* potest amicum non amare super omnia juxta regulas charitatis, quia in eo non invenit bonum summum, aliter in Deo. *Error plebis* non obest, cum etiam Baptismum flaminis

minis putet esse merum desiderium Baptismi, quod tamen erroneum,

87. *Dices contra 3. C. (1. Contritio tantum operatur justificationem extra Sacramentum pro casu mortis, ubi deest copia Confessarii: p. a. Bajus est solum rejectus ideo, quia Prop. 31. &c. docuit, quod neque contritio justificet, quæ ex corde puro gratia sanctificante jam prædito nascitur, aut Prop. 71. quod nunquam justificet sine Sacramento, nisi in necessitate aut martyrio, cum saltem intensissima extra hos casus justificet. (2. Contritio solum justificat ut votum Sacramenti: ergo tunc operatur duntaxat, cum Sacramentum urget, & non potest in se recipi, sicut inferior potest aliqua pro casu, quo superior adiri non potest, & urgent circumstantiæ, e. g. in reservatione peccatorum; ideo Augustinus L. 2. de peccat. merit. c. 76. ait: Sanctificatio catechumeni, si non fuerit baptizatus, ei non valet ad intrandum Regnum cælorum. & Christus Joan. 14. Si quis diligit me, & Pater meus diliget eum, pro futuro promittit veniam. Certe Magdalena Luc. 7. v. 47. prius dilexit multum, & primum postea v. 48. dixit Christus ad illam: Remittuntur tibi peccata. & filio prodigo post reditum data est stola gratiæ, etsi contritionem jam elicuerit, cum decrevit redire. (3. Trid. teste Pallavicino L. 12. c. 10 noluit anathema dicere contrariæ opinioni, quia Ep. Calaritanus monuit esse sententiam Adriani & Card. Cajetani: ergo Trid. nobis non favet, cum etiam Paulo, ut prius contrito, dixerit Ananias Act. 22. baptizare, & ablue peccata tua. & S. Gregorii ac Bernardi effatum sit, absolutio sacramentalis, seu sententia Petri præcedit sententiam cæli. (4. Contritio non justificat, nisi sit valde intensa: p. a. Scriptura in omnibus textibus &*

& exemplis requirit intensiorem : *tota tribulatione cordis* : Magdalena plus fuit dimissum , quia plus dilexit . David rugiebat à genitu cordis sui : ergo qui diligit minus intense , minus ei dimittitur de numero peccatorum . (5 . *Hoc suadet ratio* : dolor debet esse *commensuratus dilectioni* , & *appretiationi* : igitur cum dilectio debeat esse ex toto cordis affectu , & appretiatione Dei summa , debet etiam dolor talis esse , quia , quod magis movet ad appretiationem , magis pariter movet ad intensiorem . (6 . *Est indecens* , ut homo magis doleat de jactura rei temporalis , quam offensa Dei , ideo Trid . dicit , contritionem hanc aliquando Deo reconciliare , & PP . charitatem remissam vocabant *debilem , imperfectam* , & Le Drou contritionem distinguebat ab attritione per magis & minus . (7 . Contritio requirit *durationem temporis* : ergo brevis non reconciliat : *p . a . Alto vulnere longa medicina non desit* , ait Cyprianus *serm . de lapsis* ; & momentanea contritio nec est proportionata diurnæ malitiæ præcedenti , nec pœnis Justitiæ punientis , nec plenæ mutationi cordis : ergo . (8 . Non est certum , quod peccata per pœnitentiam mortificata *non reviviscant per relapsum* ; ergo etiam non est certum , quod opera bona per peccatum mortificata reviviscant per pœnitentiam ; idem enim , qui Ezech . 18 . *Si egerit pœnitentiam , omnium iniquitatum non recordabor* , ait ibid . *omnium justitiarum non recordabor* . R . ad 1 . *n . a . ad prob . n . a .* Neque de *charitate habituali gratiæ sanctificantis* , neque de *intensa charitate actuali* quidquam meminit Bajus , sed erravit in hoc , quod actus charitatis , si etiam justificet , ut Prop . 43 . docet , non tamen operetur remissionem peccatorum , quæ sane male coherent . Ad 2 . Contritio justificat tam ut actus charitatis , quam ut votum Sacramenti simul , licet ratio meritorum

Christi in Sacramento contentorum sit causa potior. *n. C. Reliqua* indicant vel reconciliationem in foro Ecclesie, ut in catechumenis, vel loquuntur de dilectione quoad ordinem glorificationis in cœlo, vel declaratione remissionis jam prius obtentæ. *Ad 3. n. C.* Licet contrariam Trid. noluerit ut hæreticam damnare, tamen tenuit nostram; *reliqua* loquuntur de remissione plena quoad culpam & pœnam, & relictos effectus peccati simul, aut de justificatione per Sacramentum. *Ad 4. d. a.* Non justificat justificatione accidentaliter etiam perfecta *C. a.* substantialiter perfecta *n. a.* hæc ultima dimittit omnem numerum peccatorum mortalium, quantumcumque fuerit; Magdalena ultra essentialem perfectionem contritionis doluit, quæ solum requirit *motivum universale* charitatis oppositum omni peccato, *propositum universale* cum mediis contra relapsam. *Ad 5. d. a.* Appretiatio commensurat intensiorem rationalem, & affectum voluntatis, firmitatem adherendi Deo per unionem, seu intensiorem objectivam pro dignitate objecti *C. a.* sensibilem, intensiorem teneritudinis *subd.* est indecens positive, cum non sit in nostra potestate semper *n. negative*, in quantum intentio etiam sensibilis esset decentior *C.* *Ad 6. patet responsio.* Trid. vocem: *aliquando* non adhibet immediate ad reconciliationem, sed ad charitatem, quæ, si adest, semper justificat. PP. dicunt remissam *debilem absolute n.* secundum quid & comparative ad alias perfectiores, ubi major apprehensio de objecti bonitate majorem excitat apprehensionem & firmitatem adhesionis *C.* idem est de: *magis & minus.* *Ad 7. n. a.* Quia Deus in momento potest cor mutare, & cum dolor possit in confuso omnia peccata detestari, non requiritur distincta peccatorum *recognitio*, qualem sæpe rudis, morituriens &c. non potest

potest habere : S. Cyprianus loquitur de pœnitentia *canonica Vet. Ecclesie*, & Deus in statuendis pœnis attendit etiam ad eam quantitatem, quæ par sit *absterrendo alios* à peccatis. Ad 8. dico, sententiam hanc ut theologice saltem *probabilior* defendi; cæterum disparitas est, major miseratio Dei, quam rigor; peccata non tantum reguntur per remissionem, nec conditionate remittuntur sub conditione perseverantiæ, sed *absolute*, sicut in sacramentali absolutione.

Dices contra 4. C. Homo lapsus tenetur statim ^{88.} resurgere : (1. Lex *charitatis Dei*, & *sui ipsius* exigit, ut homo illico reconcilietur Deo, cum continuatio inimicitia sit *contemptus interpretativus* Dei, & homo nunquam *de vita sua securus* se exponat periculo æternæ damnationis. (2. Homo tenetur statim, cum potest deponere *inimicitiam cum homine*, ei sua ablata *restituere* : igitur à fortiori cum Deo, cui majorem debet amorem & reparationem læsi honoris. (3. *Continuare* statum peccati est æquivalenter eum inchoare, est approbare causam, quam per se reprobare deberet, sicut subditus fovens rebellionem contra Principem. (4. Homo tenetur *ad correctionem fraternam* : ergo magis ad correctionem sui, cum tempore impœnitentiæ privet se meritis plurimis. (5. Hinc plena est Scriptura monitionibus : *Ne tardes converti, ne differas de die in diem*, Eccl. 5. &c. R. n. a. ad 1. prob. 12. a. Cum enim hæc materia pertineat ad præcepta *affirmativa*, non obligant semper & pro semper, sed tunc, quando probantur actu urgere certo, aut adest periculum proximum mali : atqui non adest *periculum proximum* damnationis, & mere negativa impœnitentia sine positiva volitione continuandi inimicitiam non est *contemptus novus Dei*. Ad 2. d. a.

d. a. Tenetur inimicitiam in actu positivo perseverantem deponere *C. a.* negative perseverantem *sbid.* tenetur hoc sub reatu novi peccati; & præcise ob negationem meram reconciliationis *n.* ex præcepto speciali, ne alter, qui non intuetur cor, putet, durare primum actum odii positive, vel scandalum, aut damnum ex re ablata *C. a.* *Ad 3. d. a.* Continuare positive est quodammodo inchoare & approbare *C. a.* solum negative, nuda omissione *n. a.* *Ad 4. C. a. vel d. &* hoc præcepto speciali, quando proximo inde imminet frequentior aut repetitus actus malus *C. a.* aliter *n. a.* etiam tenetur se reconciliare Deo, si relapsus proximum periculum, aut obstinatio ex dilatione nimia sequeretur; & quia non est certum (ut ponitur) quod continuatio hujus status post se trahat peccatum determinatum aliud, aut periculum certum peccati indeterminati, ita non datur obligatio gravis hoc tempore merita salutaria colligendi, donec recurrat tempus *e. g.* annuæ reconciliationis, mortis &c. *Ad 5. Admonitiones* Scripturæ vel sunt tantum suavis, vel præceptivæ ob nova peccata, impœnitentiam finalem, vel hortativæ ob mala temporalia.

89. *Not.* Qui diu hærent in peccato, quandoque ab Ecclesia habentur ut hæretici. *e. g.* excommunicatus in causa hæresis, si per annum inoffendat in censura & non petat absolutionem, habetur ipso jure hæreticus. 2. Suspecti de hæresi sunt factores, receptores &c. hæreticorum. 3. Blasphemias hæresim olentes evomentes. 4. In Missa non consecrantes. 5. Celebrantes sine Presbyteratu. 6. Audientes confessiones, si Sacerdotes non sint. 7. Sortilegi, ope Dæmonis utentes &c. &c. *Privantur autem sepultura sacra* 1. Clerici notorii concubinarij usque ad mortem. 2. Nolentes confiteri

fiteri aut communicare semel in anno. 3. Usurarii, nisi restituant, vel cautionem restitutionis dent. 4. Morientes in duello aut torneamentis. 5. Suicidæ de industria. 6. Religiosi proprietarii. 7. Recusantes decimas. 8. Publice blasphemi, & in mortali notorie sine pœnitentia morientes.

Q. 17. Dogmatica.

De Pœnitentia Sacramentali.

Not. Errores in hac re, ne sæpius repeti de- 90.
 beant. 1. Hæretici *Apostolici* dicti negabant omnem spem veniæ lapsis, *Sac. II.* 2. *Montanista*, quibus accessit Tertullianus, docuere in vico Pepuso, ubi convenerant, peccata in hominem posse ab homine absolvi & Ecclesia, non item peccata in Deum majora, *Sac. II.* 3. *Novatiani* à Novato & Novatiano dicti *Cathari* seu Puritani, Cataphrygæ negarunt Ecclesiæ potestatem remittendi lapsum in persecutione, peccata post Baptismum commissa, ut quæ omnia sint blasphemiarum in Spiritum S. & alia graviora, *Sac. III.* 4. *Messaliani* sine pœnitentia folis precibus remitti peccata asserebant, & *Flagellantes* sanguine, *Sac. IV.* 5. *Wicleffista* post *Donatistas* & *Luciferianos* Sacerdotem malum degradari ad statum laicalem, ideo non valide absolvere. *Waldenses* autem Laicum bonum quemcunque valide absolvere, *Sac. XV.* 6. *Lutherus* modo negat, modo affirmat pœnitentiam esse Sacramentum, ejusque partes esse Legem seu terrores conscientiarum & *Evangelium* seu fidem in Christum, *Sac. XVI.* 7. *Calvinus* non esse distinctum à Baptismo Sacramentum, sed hujus duntaxat materiam, cujus partes

partes sint *mortificatio* vitiorum & *vivificatio*, seu studium vitæ novæ, *Sec. eod.* 8. *Marcus Ant. de Dominis*, cujus corpus cum scriptis post mortem Romæ combustum, Ep. Spalatensis, sola peccata externa, & scandalosa esse clavibus subjicienda, *Sec. XVI.* 9. *Pet. de Osma* seu Oxomensis solam contritionem esse causam remissivam peccatorum, & Pontificem nihil posse per indulgentias in pœnas Purgatorii, *Sec. XV.* 10. *Joan. Opstrat* pulsus ex Belgio & Seminario de Malines etiam propter venialia absolutio ignotis pœnitentibus neganda, & cum 2. prioribus absolutio prœmittenda executio satisfactionis: *Missa non profuit animabus in Purgatorio, Sec. XVII.* 11. His addo alios, quorum unus ait, Sacerdotem tantum judicare vel declarare peccata esse remissa à Deo, alter, hominem in casu necessitatis teneri confiteri Laico vices Sacerdotis tunc agent, tertius totam rationem Sacramenti consistere in sola absolute, quartus cum Franc. Genest *Theol. Gratianop.* exigit ad sinceritatem propositi solum tempus, e. g. 4. vel 6. mensium in absolute dilatione infumendum esse contendit, & portandum jugum peccati. Jam

91. Dico 1. *Pœnitentia est verum Sacramentum distinctum à Baptismo*, & ejus memoria in *L. N. Rat.* 1. Habet omnia characteristica signa Sacramenti, ritum externum, promissionem gratiæ immediate actioni factam, & mandatum usurpandi hoc ad significandam & causandam justificationem, ut Ecclesia Latina & Græca, Conc. Lat. Florent. & Trid. S. 14. can. 1. anathema, qui dicit non esse vere & proprie Sacramentum. 2. Quod ante Novatores tenuit universa Ecclesia, & impugnatores pro hæreticis habuit, debet teneri ut dogma. 3. Illud est à Baptismo distinctum, quod toties,

toties, quoties quis lapsus est, adhiberi potest, & quidem pro materia diversa sc. peccatis hominis baptizati &c. debet esse distinctum à Baptismo, qui nec iterari, nec extra sphaeram peccati originalis & ante Baptismum commissi egredi potest.

Dico 2. Hoc Sacramentum non consistit in ter- 92.
 rore conscientia, fide confidentiali, aut nova vi-
 ta incubatione, sed dolore de peccatis, & confes-
 sione tanquam materia, absolutione tanquam for-
 ma, & satisfactione tanquam parte integrali.
 Rat. 1. Florent. Quartum Sacramentum est peni-
 tentia, cuius quasi materia sunt actus peniten-
 tis &c. Trid. S. 14. c. 3. Sunt quasi materia con-
 tritio, confessio & satisfactio — forma in verbis :
 ego te absolvo. 2. Quod semper in Ecclesia cre-
 ditum & practicum est, ut dogma traditioni Di-
 vine certissime tribuendum est; 3. Illud est mate-
 ria, quod à forma magis determinatur ad signi-
 ficandum & causandum effectum Sacramenti; il-
 lud est forma, quod à Ministro ponitur & magis
 determinat alteram partem ad exprimendum ef-
 fectum sc. remissionem peccati in forma iudicii;
 sed actus pœnitentis & verba Ministri ita se ha-
 bent &c. 4. Terrores conscientia sunt solum
 dispositiones praviæ, & hæ non necessariæ, cum
 Deus possit hominem convertere funiculis chari-
 tatis & beneficiorum, nec semper cum effectu,
 cum Antiochus, Felix coram Paulo de iudicio
 disputante sine remissione fuerit terrefactus.
 5. Innovatio vitæ est effectus pœnitentiæ justifica-
 tivæ, & Scriptura per Joel. 2. & alibi exigit con-
 versionem in fletu & planctu, tribulatione tota
 cordis.

Dico 3. Hæc pœnitentia Sacramentalis cum 93.
 distincta peccatorum expositione semper fuit in usu
 in

in Ecclesia. Rat. 1. Trid. S. 14. can. 6. & 7. anathema, qui negaverit, esse institutam jure Divino, vel dixerit, secreta confitendi modum soli Sacerdoti alienum esse ab institutione & mandato Christi, aut non esse necessarium jure Divino confiteri omnia & singula mortalia, quorum memoria &c. 2. Christus Joan. 20. instituit Sacramentum pœnit. per modum judicii: quorum remisseritis &c. igitur cum ad judicium requiratur distincta notitia de delictis rei, & incognita causa æquitas in pœnis imponendis servari nequeat, ut Trid. *hic c. 5.* observat &c. 3. *Ufus* hujus confessionis à Bellarmino L. 3. de pœnit. & Tournelio *hic q. 6.* per XII. Sæcula ostenditur, & à primariis Historicis Eusebio & Sozomeno L. 5. & L. 7. enarratur, imo Actus Apost. c. 19. testatur: *Multi credentium veniebant confitentes, & annuntiantes actus suos.* Teste Irenæo fœminæ à Marco seductæ *sapissime converse ad Ecclesiam Dei confessa sunt,* L. 3. c. 9. Sæc. II. idem docet Origenes Sæc. III. Basilius Sæc. IV. Aug. Sæc. V. Greg. M. Sæc. VI. &c. ergo non est inventum humanum, nec ab Innoc. III. in Lat. IV. primum introductum, ut quoad modum nostrum Calvinus criminatur L. 3. *Instit.* c. 4. §. 19. certe Jeremias Patr. CP. cum Synodo Bethlem. 1672. damnavit Augustanam Confessionem, quia negabat species peccatorum exponendas esse in confessione.

94. Dico 4. *Hujus Minister est solus Sacerdos etiam malus, qui gravissima etiam crimina vere remittit.* Rat. 1. Illi soli competit potestas, cui soli dictum est: *quorum remisseris peccata: sed solis Sacerdotibus hoc dictum est teste Ambrosio L. 1. de pœn. c. 2. Jus hoc absolvendi permissum est solis Sacerdotibus.* (2. Martinus V. suspectos de Wicleffi hæresi interrogari jussit, *an crederent, quod*

quod Christianus de necessitate salutis teneatur confiteri Sacerdoti: ergo agnita hæc obligatio à Conc. Const. (3. Potestas illa, quæ in concessione à Christo facta non est limitata, quæ concessa est verbis veram remissionem significantibus, quæ ab Ecclesia semper sic observata, contraria autem doctrina, illico, ut nata est, ceu hæresis fuit damnata, habet omnia, quæ ad plenum iudicium poenitentiae sacramentalis nostræ requiritur: sed ista habet: *quæcumque solveritis: quorum remiseritis.* Unde Hilarius in Cap. 18. Matt. *Venia per Evangelii gratiam sine modo à Deo nobis est indulta.* Sic Paulus Corinthium incestuosum absolvit, Joannes juvenem latronem. *Hæresis Novatiana* statim damnata est Romæ in Conc. 60. Ep. Alexandria in Africa, refutata ab Apollinari Hierap. & Martyribus Lugdunensibus. *Certe Judex inferior* potestate ei communicata vere ligat vel solvit per sententiam suam: ergo & Sacerdos, qui à PP. dicitur in tribunali poenitentiae *Judex*, remittere peccata *ante remissionem* in cælo, & sicut culpa in Baptismo dimittitur; & non tantum *præco vel interpres* declarans.

Dices contra 1. C. 1. Poenitentia N. L. non 95.
est verum Sacramentum; neque enim est Jure Divino institutum, aut præceptum, ut docet Hugo à S. Viç. Alex. Alensis. S. Bonav. & Gratianus anno 1551. in Decreto, *Dist. 1. can. 33. de pen.* cum sola contritione homo justificari possit. Neque verba: *probet autem seipsum homo*, probant, quod probatio hæc debeat fieri coram Sacerdote.
(2. *Poenitentia in V. L.* non fuit Sacramentum: ergo neque in nova, partim quia *confessio* Magdalena, paralytici, publicani cum remissione facta non fuit Sacramentum, partim quia *Petrus* & *Paulus Act. 10. & 26. v. 43. & 22.* affirmant, se de poenitentia non aliter docuisse, quam Prophetas olim;

olim; *Nathan* autem *Davidi* confitenti nullum Sacramentum administravit. (3. Non datur materia & forma omni alias Sacramento consueta juxta illud Aug. *accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum.* (4. Si est Sacramentum distinctum à Baptismo, tota fidelium mundatio non adscriberetur *soli Baptismo*: hoc falsum; qui baptizatus fuerit, salvus erit: mundans Ecclesiam lavacro vitæ. in quod Aug. L. 1. de nupt. c. 33. *Eodem lavacro regenerationis omnia prorsus mala regenerantium mundantur, non solum peccata, quæ nunc remittuntur in Baptismo, sed etiam quæ posterius contrahuntur.* Unde, sicut postea *Janfenius*, sic prius *Calvinus* intulit: *meus est Augustinus.* (5. Non potest ostendi tempus, quo Sacramentum pœnitentiæ sit institutum. R. ad 1. n. a. *Hugo Victorinus* & Mag. *Alensis* ad summum judicaverunt, præceptum hujus pœnitentiæ esse in ipsa institutione implicite contentum; si enim Magistratus judiciale tribunal erigit, dat implicite subditis mandatum, ut emergentes causas illuc deferant. S. *Bonav.* solum ait, non esse hæreticos, qui aliquando negabant, confessionem esse determinate præceptam. De *Gratiano* in Editione correctâ ommissa est ejus opinio, & alii dicunt, non fuisse quæstionem de præcepto confessionis, ut quod est conjunctum Sacramenti institutioni, sed, an prius per contritionem contritis Sacramentum adhuc peccata remittat vel tantum *declaret* remissa, id quod *Magister Sent.* credidit. Denique licet ex hoc non probemus sententiam, probatio judicialis debet fieri coram Sacerdote, non probatio sui prævia. Ad 2. C. a. n. C. *Christus* illo tempore noluit remittere pœnitentes ad Sacerdotem alium, nec defuit illi potestas extra Sacramentum remittendi. *Petrus* autem, cum *Simoni* mago dixit Act. 8. *age pœnitentiam*, remisit eum ad confessionem sacramentalem,

mentalem, quia remisit eum ad illud *genus pœnitentiæ*, quod tunc Christus jam instituerat, & toti Ecclesiæ servandum proposuerat; Petri & Pauli *assimilatio* cum Prophetis erat *de modo remissionis* obtinendæ *n. de causa* sc. per merita Christi, vel *fundamento*, sc. fide in Christum, resurrectionem *C.* *Ad 3. d. a.* Non datur *materialis*, sicut est aqua, oleum *C. quasi materia* in actibus hominis consistens *n. dolor* fit sensibilis per confessionem. *Ad 4. d. a.* Non *formalis mundatio* omnis adscriberetur Baptismo *C. fundamentalis n.* mediate adscribitur Baptismo velut januæ Sacramentorum & radici fidei & actuum supernaturalium. *Ad 5.* *Inchoative* instituta est in cœna, qua Apostoli creati sunt Sacerdotes, siquidem potestas ordinis est fundamentum administrationis pœnitentiæ, *plene* post mortem Christi, Joan. 20. v. 21. *Insufflavit*, & dixit: *Ecce! ego mitto vos &c.* quorum remisistis peccata &c. ut Trid. S. 14. c. 1.

Dices contra 2. C. Partes pœnitentiæ melius 96. statuuntur terrores conscientiæ, *fides*, & nova vita, aut impositio manuum, ut aliqui jam tempore S. Thomæ. *p. a.* Terrore conversi sunt Ninivitiæ salutariter percussi, multi in diluvio, ut dicit

& ipsa legis comminatio cum fide promissæ justificationis est *vera mutatio*, qua homo experimentaliter certus esse potest de statu animæ. *Deinde* pœnitentiæ à Græcis dicitur *metanoia* seu resipiscentia, de qua Tertullianus L. 2. contra Marcion. c. 24. *ex Græco sono pœnitentiæ nomen non ex delicti confessione, sed ex animi demutatione compositum est*; cum PP. nihil frequentius inculcent, quam: *optima pœnitentiæ est vita nova*, ex illo Pauli Gal. 6. *tantum valet in Christo nova creatura. Denique* Ecclesia olim semper redeuntes ab hæresi recepit per impositionem manuum.

(2. Pœnitentiæ pars non est *dolor*, qui utpote

actus internus non est sensibilis, nec *satisfactio*: cum deberet tanquam pars materialis præsupponi ad formam, & ex opere operato causare gratiam; & sola *absolutio* constituit essentiam Sacramenti, cum sola ponatur à Ministro & plane significet remissionem. *R. ad 1. n. a. ad prob. d. a.* Sic designantur vel solæ dispositiones & concomitantia, vel signa solum ac fructus pœnitentiæ *C a.* partes illius *n. a.* Judas sensit terrores conscientiæ, quin remissionem obtinuerit: *abstinentia* à peccato & operatio boni sunt partes justitiæ, non actualis pœnitentiæ: *impositio* manuum est signum reconciliationis cum Ecclesia, non essentia pœnitentiæ in foro Dei. *Ad 2. n. a.* Dolor fit sensibilis per confessionem; *satisfactio* præsupponitur logice, inchoative & in sui causa sc. impositione & præparatione animi ad eam acceptandam, & *causat* ex opere operato remissionem pœnæ temporalis tanquam aliquem effectum Sacramenti integraliter spectati; unde docent, eam in statu peccati mortalis impletam (cum impletio hæc non sit graviter peccaminosa) remoto obice denuo *reviviscere*; nec opus est, ut *votum satisfactionis* propterea Sacramentum ingrediatur, ceu pars essentialis, prout contendit *Collet*, cum sufficiat ejus *dependentia* ab essentia Sacramenti per institutionem & præceptum Christi: *absolutio* spectando institutionem humanam sola indicat effectum remissionis, non vero attendendo institutionem Christi, qui vult, ut etiam significetur per actus pœnitentis, & remissio non qualiscunque, sed judicialis, quæ requirit confessionem dolorosam. *Addo*: contra *Lugonem*: *Peccata* non constituunt intrinsece Sacramentum, quia sunt materia circa quam per ipsum Sacramentum destruenda, & est contra persuasionem, quod totum tam sanctum intrinsece constituitur à peccato.

Dices

Dices
 esse Sac
 rumque
 admittit
 & quidem
 (1. Ejus vi
 tus, & con
 c. referet
 in holo
 q. ad Ecce
 re etiam
 negavit a
 (2. Initio
 Seculi III.
 illa confes
 (3. Public
 num 190
 rum conf
 Communi
 c. 19. & S
 tandi ena
 penitenti
 tionis fu
 stupi con
 lantio &
 ut laudem
 eorum Ep
 infolent
 equal Ori
 qui Nebel
 Africa Ne
 Sec. XII
 runt, &
 nota sit
 ventum
 Montan
 mollitie

Dices contra 3. § 4. C. Si Confessio nostra 97.
 esset Sacramentum Jure Divino ad remissionem quorumcunque peccatorum institutum per Sacerdotes administrandum, deberet *semper* in Ecclesia existisse & quidem *uniformiter* : sed hoc non fuit : *p. m.*
 (1. Ejus virtus non se extendebat *ad omnes pœnitentes, & omnia peccata* ; Tertullianus *L. de pudicit. c. 5.* refert, sub Zepherino negatam esse veniam lapsis in idololatriam & homicidium, quod dein Innoc. I. *ep. ad Exuper.* correxit. *Conc. Eliberitanum* negavit etiam multis communionem *can. 1.* utramque negavit ante S. Cyprianum Ecclesia Africana.
 (2. Initio nulla vigeat confessio, donec medio Sæculi III. introducta est sola *publica* ; neque enim illa confessio *Act. 19.* fuit sacramentalis secreta.
 (3. Publica fuit *sublata* à Nectario Arch. CP. circa annum 390. & cum hac omnis *distincta peccatorum* confessio, & unusquisque pro arbitrio suo *ad Communionem* accessit. unde testante Socrate *L. 5. c. 19.* & Sozomeno *L. 7. c. 16.* magna libertas peccandi enata est, unde S. Chrysoctomus successor pœnitentiam publicam reduxit. Porro causa sublationis fuit, quia Matrona publice confessa est stupri consuetudinem cum Diacono, cum magno scandalo & populi exacerbatione adversus Clerum, ut suadente Eudæmone Presbytero Nectarius Diaconum Ecclesia ejecerit, ac munus Pœnitentiarii sustulerit. (4. Cessavit denique *omnis confessio apud Orientales*, ut plebeji Græci nunquam, reliqui Nobiles & Clerici rarissime confessi sint ; in Africa Alexandrini Patriarchæ Joannes & Marcus Sæc. XII. confessionem publico judicio sustulerunt, ut teste Vitriaco Coptitis & Jacobitis vix nota sit : ergo confessio *distincta peccatorum* est inventum mere humanum, ut *publica* occasione Montani & Novatianorum nimiam Ecclesiæ nostræ mollitiem criminantium primis temporibus, *secreta*

vero ab Innoc. III. Sæc. XIV. fuerit introducta. (5. Sacerdotes non sunt *soli* Ministri, quia sæpe *Diaconi* teste Cypriano *ep. 12.* excipere iussi sunt *exbomologesin manu in penitentiam imposita.* imo & *Laici* possunt Ministri esse confessionis, quia *Jac. 5. confitemini alterutrum peccata vestra* omnibus infirmis dictum est; certe licet Apostolis *solis* dictum sit: *ite, baptizate,* tamen in necessitate quilibet potest baptizare: ergo etiam, licet *solis* Apostolis dictum sit: *quæcunque solveritis,* tamen in necessitate alii possunt solvere, maxime cum tunc non omnes Apostoli fuerint præsentés, sed *Thomas* defuerit. (6. Sacerdos non remittit *vere* peccata. *p. a.* Eo modo remittit, quo *Christus* *Luc. 7. v. 48.* *Magdalenæ* dixit *declarative* solum: *remittuntur tibi peccata,* licet illi *v. 47.* *vere* jam prius remissa fuerint: *remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum,* vel quomodo teste *Aug. Serm. 67.* *Christus* prius jam resuscitavit *Lazarum,* discipuli autem solum solvebant vincula *linteaminum,* aut quomodo *leprosi* à *Christo* mundati debuerunt se ostendere *Sacerdotibus,* de quibus *Hieron. in c. 16. Matt. Apud Deum non queritur Sacerdotum sententia, sed reorum vita,* unde *possunt Sacerdotes moderni in peccatores, quod olim veteres poterant in leprosos.* *R. ad 1. C. M.* Si de uniformitate *sacramentali* & *substantiali* sit sermo, *n. m.* nostra enim propositio hæc est: *Fideles* *Jure Divino* debuerunt semper confiteri, & confessio eorum semper fuit in usu, non autem *Jure Divino* debuerunt confiteri publice, & confessio publica non semper fuit in usu; imo *Trid. S. 14. c. 5.* ait: *Non satis consulte humana aliqua lege præciperetur, ut delicta, præsertim secreta, publica essent confessione aperienda.* *Ad prob. d. a.* Hæc facta concernunt *pœnitentiam* solum publicam *C. a.* secretam sacramentalem *n. a.* cum ipse
 S. Leo

S. Leo I. ep. 58. Confessarios indiscretos, qui pœnitentes adigebant, ut peccata sua libellis notata publice proponerent, corripuerit: *cum reatus confessioniarum sufficiat solis Sacerdotibus indicare confessione secreta*; neque ullo tempore negata est, in morte saltem, absolutio sacramentalis sincere pœnitenti. V. de hoc *Synopsin Theol. tripart. moral. p. 3. n. 28. & 29.* exempla Siricii, Melchiadis &c. *Ad 2. n. a.* Quia ante, & præter confessionem publicam ac postea semper vigeat privata sacramentalis, quod ex eo patet, quod Pagani propterea insultarint Ecclesiæ, qualis illa *Act. 19.* fuit, cum maxime Apostoli & primi fideles Christi præceptum obseruarent. *Ad 3. d. a.* Publica fuit sublata à Nectario ex toto, & simul cum illa privata, quæ cum publica conjuncta erat *n. a.* publica quoad aliqua accessoria officio Pœnitentiarum. *C. a.* distinguenda hic sunt aliqua. Officium Pœnitentiarum poterat imponere publicam pœnitentiam delictis ad ejus forum externum judicialiter *delatis*, vel ad internum delictis jam *publicis*; præterea in delictis *occultis* poterat, sed cum consensu pœnitentis, delicta Canonica seu per Canones specialiter prohibita ad publicam confessionem deferenda seligere; denique debebat consensum dare *ad S. Synaxin.* Occasione Matronæ ex indiscreto fervore publice stupra consentitis sustulit Nectarius officium Pœnitentiarum publici, confessionem publicam peccatorum *occultorum*, consensum pro sumenda *S. Eucharistia*, & probabilius *delationem* judicialem ad forum illius externum, unde licentia aliqua irrepsit in populum, & S. Chrysostomus perrexit in pœnitentia publica delictorum publicorum. interea observata est semper privata & distincta peccatorum confessio apud inferiores Sacerdotes; & hæc optima videtur combinatio de hoc facto historicarum relationum.

Ad 4. n. a. Siquidem his Patriarchis illico *Marcus* Monach. & *Marcus* Presb. aliisque, ut adeo non incognita fuerit Sæc. XII. confessio saltem majori parti Afrorum fidelium. *Ad 5. d. a.* Non solis Sacerdotibus competit absolutio sacramentalis, seu communio per Sacramentum pœnitentiæ *n. a.* *Absolutio reconciliativa* cum Ecclesia, seu *communio Sacramentorum*, quæ nihil aliud est, quam declaratio facultatis recipiendi Sacramenta in Ecclesia, sicut hodie fit per declarationem solutæ excommunicationis minoris *C. a. De Diaconis* dico; vel eorum absolutio fuit tantum extrasacramentalis reconciliativa ad communionem Sacramentorum participandam: vel, ut Amort. Diaconi tantum erant quoad ministerium, reipsa autem erant Sacerdotes, sicut de Cardinalibus Diaconis hodie notum est. Confessio facta *Laicis* fuit vel sola confessio *humilitatis*, vel declaratio reconciliationis *ad pacem* cum Ecclesia, vel vox: *alterutrum* dicit, ut confiteatur homo homini, non soli Deo. Denique illud: *quacunq̃ remisistis* directum est ad corpus Apostolicum, cujus maxima pars tunc aderat, non quomodocunque, sed *privative*, ut constans traditio declarat, non vero: *baptizate*. *Ad 6. n. a.* Ex sensu Ecclesiæ & traditione habetur, quod idem peccatum possit remitti bis, semel per contritionem, deinde per Sacramentum ex opere operato, sicut Magdalenzæ peccata semel interne, & quod inter Sacerdotes *V. & N. T.* detur *convenientia figurationis* ad figuratum *C. a. identitas rationis & modi n. a.*

Q. 18. Dogmatico - Practica.

An Ecclesia possit reservare aliqua peccata?

Dico: *potest, & merito defacto reservavit.* est 98.
 contra Wicleffum & Waldenses asserentes,
 Deum utpote Authorem confessionis id solum posse.

Rat. 1. Trid. S. 14. c. 7. & can. 11. Anathema illi, qui dixerit, Episcopum non habere jus reservandi &c. 2. Quod Ecclesia semper practicavit solo uno & altero hæretico contradicente, dicendum est posse, à Spiritu S. in his ex promissione Christi directa: atqui &c. sic Conc. Carthag. III. can. 32. Africanum can. 10. testantur, sic S. Cyprianus ep. 11. Benedictus XI. Extrav. inter cunctas. de privileg. Clementina 1. de privil. 3. Finis est convenientissimus, ut gravitas delicti magis inculcetur, & subditi magis absterreantur, cum difficilior fit peccati absolutio, cum & politica gubernatio graviores causas & pœnas capitales soleat altiori potestati reservare. Unde Alex. VII. Prop. 12. decidit, quod mendicantes non possint absolvere à reservatis Episcopo, & Trid. l. c. monet, ut, cum extra articulum mortis in reservata Sacerdotes reliqui nihil possint, id unum penitentibus suadere nitantur, ut ad superiores iudices pro beneficio absolutionis accedant.

Dices 1. Reservatio repugnat Christo: p. a. 99. Jurisdictio concessa est Pastoribus à Christo simpliciter: ergo non potest ab homine iis tolli 2. Repugnat Sacramento, quod requirit integram confessionem: ergo & integram absolutionem omnium peccatorum; & jurisdictionem 3. Repugnat penitentibus, quibus onus uni determinato confiten-

di immensum augetur. 4. Est in *praedictum* Pa-
rochorum; quibus non potest tolli beneficium pro
 arbitrio Episcopi: ergo nec iurisdictione. 5. Non
 potest dici, qualis hæc sit Lex, quæ ejus mate-
 ria &c. R. ad 1. n. a. ad prob. d. a. Est con-
 cessa à Christo *independenter* n. a. ut dependens
 ab Ecclesia C. a. similiter d. C. non potest tolli
totaliter, cum aliqua iurisdictione sit de essentia Pa-
 storis C. C. quoad partem limitari n. C. sic dicitur
 alibi de immunitate Ecclesiastica. Ad 2. d. a.
 Integram *uni*, non habenti iurisdictionem in sin-
 gula peccata, faciendam confessionem n. a. uni
 habenti plenam iurisdictionem C. a. Ad 3. d. a.
 Aggravat onus pœnitentis *sine causa*, & mitiga-
 tione n. a. ex *gravi causa* & *remediis* mitiganti-
 bus, e. g. in casu mortis, impedimenti adeundi
 superiori iudicem, petitione facultatis per ipsum
 Confessarium inferiorem tacito pœnitente &c. C. a.
 Ad 2. n. *suppos.* quod *sine gravi causa* aut ex mero
 arbitrio reservare superior peccata possit, sicut
 ex gravi causa potest alicui tolli Beneficium. Bel-
 larminus ipse hæc Clem. VIII^{vo} proposuit, &
 multum ex eo tempore mitigatæ reservationes. Ad
 5. n. a. Est *Lex mediâ* inter personalem & mere
 localem: non est *pure personalis*, quia in aliam
 Diœcesin ex alia causa abiens, ubi non est reser-
 vatio hæc, à quovis absolvitur, nec *mere localis*,
 quia fertur directe in inferiores Ministros pœni-
 tentiæ, quibus restringitur Iurisdictione, & extra
 locum stringit, si e. g. Parochus cum pœnitente
 subdito alio iter faciat, fere sicut sententia *ob cul-
 pam juridicam* in aliquem lata nec est mere pœ-
 nalis, nec mere constitutiva. Reliqua vid. in *Theol.
 mor. tripart.*

100. *Addo praxin*: Si reservatur exponitur Confes-
 sario non habenti specialem Iurisdictionem, atten-
 dat

dat (1. *an sit certo mortale, externum, & in sua specie consummatum*; e. g. si reservetur peccatum carnis cum filia confessionis, aliqui volunt per filiam confessionis intelligi, quæ tantum semel quasi transeunter alicui confessa est, alii quæ sæpius, alii cujus fragilitas ex confessione cognita; si in aliquo ex his *sit dubium*, absolvit quivis Confessorius. (2. *Qualis sit reservatio*; à pænali ignorata quacunque absolvit quivis, contra Antoine (qui ait, ignorantiam non excusare à censura generali lata à lege) hodie communis; à medicinali prima vice incurfa addita admonitione juxta plures absolvit quivis. (3. *Quale sit tempus*; an mortis, vel impedimenti adeundi personaliter superiorem per annum, aut ultra ratione status, conditionis, e. g. militis, matrisfamilias, agri &c. absolvit quivis simpliciter, cum reputetur *impedimentum perpetuum*. Si sit *temporarium* ad mensem aut intra, sed causa non differendi S. Mysteria, absolvet cum obligatione se postea sistendi superiori. (4. *An pœnitens non sit confessus interea superiori*, & hujus peccati bona fide sit oblitus, juxta Lugo & alios absolvit quivis. (5. Si in specie *percussio Clerici* notoria nondum facta sit ex facto vel jure, absolvet habens potestatem in communem excommunicationem tolerati; alii omnino tribuunt etiam habenti potestatem communem, eo quod aliquorum reservatio necessario publicitatem exigat, fere sicut pollutio Ecclesiæ profanationem publicam.

Q. 19. Dogmatico - Practica.

An sit potestas in Ecclesia dandi Indulgentias ?

101. **N**ot. 1. Aliud *substantia* indulgentiarum, aliud *modus* eas largiendi, quod non satis scivit Kemnitius indulgentias in tria tempora odiose distinguens, ut omnes rejiceret. 2. *Persecuti* sunt indulgentias 1. *Tertullianus* ad Montanistas deflctens, quas ut Catholicus prædicaverat. 2. *Waldenses*, *Wicleffistæ* & *Hussitæ* medio tempore. 3. Ultimo *Lutherus*, *Calvinus*, *Kemnitius*. His accessit *Pet. de Osma*, cujus Prop. *Papa non potest vivo indulgere pœnam Purgatorii*: damnata à Synodo Compluti.
102. Dico *Datur* \mathcal{E} *data* semper fuit potestas largiendi *Indulgentias in Ecclesia* Rat. Potestas, quam *Scriptura* declarat, *Ecclesia* data occasione exercuit, & ipsa *ratio* convenientissimam probat, dari omnino creditur: sed hujusmodi est potestas hæc. p. m. 1. *Christus* *Matt. 16. Tibi dabo claves regni cœlorum, & quodcunque ligaveris -- & solveris in terra &c.* sunt verba generalia ad solvenda vel ponenda ea, quæ impedire vel promovere ingressum in cœlum possunt: sed relaxatio vel impositio pœnarum temporalium hoc possunt; unde *Trid. S. 25. Decr. de Indulg. Anath. illi, qui dixerit Indulgentias esse inutiles, qui in Ecclesia non esse potestatem eas concedendi: & Constantiense S. 14* damnavit Prop. *Hussii: Indulgentia Papæ sive Episcoporum nihil prosunt. Carthag. IV. Ancyrarum &c. Sæc. IV. &c. p. m. 2. Paulus* remisit *Corinthio incestuoso residuum pœnitentiæ 2. Cor. 2. Tertullianus L. 1. ad Mart. c. 1. Pacem quidam in Ecclesia*

Ecclesia non habentes à Martyribus in carcere exorare cœperunt. Cyprianus ep. 12. Qui libellum à Martyribus acceperunt, & adjuvari apud Dominum possunt &c. Nicænum l. can. 11. monet Episcopos, ut vere pœnitentibus constringant tempus pœnitentiæ. De Bellis Sacris constat, quas indulgentias cruce insignitis dederit Urbanus II. & Innoc. III. 1213. Stationes Gregorii M. indulgentiæ Sergii II. Templo S. Martini Romæ marmorisculptæ 884. & S. Leonis III. Ecclesiis Germaniæ datæ notæ sunt per Surium, Guilielmum Antiofid &c. ipse Martinus V. Concilio Constantiensi plenariam concessit. p. m. 3. Conveniens est, ut potestas imponendi pœnas temporarias etiam possit temporarias solvere, & modus ex meritis Christi & Sanctorum egentibus subveniendi commendat charitatem mutuæ communionis SS. & gloriam Dei.

Dices 1. Concessio indulgentiarum est supra 103. Ecclesiæ potestatem. p. a. Tribunal pœnitentiæ est supremum in Ecclesia, & solas culpas & pœnam æternam delet nomine Christi; ergo extra forum sacramentale nullum datur; certe hoc esset dispensare in Jure Divino. (2. Pœnas temporales reservavit sibi Deus, nec acceptat satisfactionem pro iis, cum dicat Psal. 88. visitabo in virga iniquitates eorum. (3. Ecclesia in indulgentiis non observat modum remittendi pœnas; hic enim debet fieri per absolutionem judiciariam, quæ exigit cognitionem causæ. (4. Indulgentiæ hodie sunt inutilis: p. a. Olim remittebant pœnas canonicas: ergo cum hæ non amplius dentur, sunt de subiecto non supponente. (5. Martyres ipsi solum petebant pœnitentibus pacem cum Ecclesia, seu reconciliationem cum communitate, ergo non relaxationem pœnæ; quæ nunc remittuntur per absolutionem

solutionem & satisfactionem sacramentalem. (6. *Indulgentiæ sunt omnino noxiæ. p. a.* derogant satisfactioni sacramentali, quam diminuunt, & fervori pœnitentiæ personali, cum ex confidentia indulgentiarum liberius peccetur. (7. *Induxere multos abusus*, quia dantur ob *leves causas*, & in *nimia copia*: sic Alexander III. Anconitanis dedit tot. quot arenas capere manus possunt, Urbanus II. militibus immensas &c. (8. *Praxis Ecclesiæ male allegatur. p. a.* Paulus solum ab excommunicatione solvit Corinthium, quem traderat Satanae ad interitum, neque ei aliquid satisfactionis imposuerat. (9. *S. Anselmus, Bernardus*, imo ipse Gregorius M. nihil in suis scriptis de indulgentiis refert; alii positive eas oppugnant, ut Aug. tr. in Joan. 84. *Nullius Martyris sanguis funditur in remissionem peccatorum.* S. Leo ep. 81. ad Palast. *Nemo morte sua alterius debitum solvit.* Taceo Tertullianum & Cyprianum *L. de lapsis.* (10. *Praxis primævæ Ecclesiæ nihil probat*; aliæ quippe sunt modernæ indulgentiæ, maxime cum vivus pro vivo lucrari eas possit, & per plenarias omnes pœnæ remitti debeant illico. *R. ad 1. n. a. ad prob. tr. a. n. C.* Quia forum indulgentiarum pertinet quodammodo ad *forum Divinum externum*: indulgentiam autem concedere non est *proprie dispensare*, sed est applicare alicui satisfactiones alienas aliquam prius personalem satisfactionem præstanti, sicut non dispensat in debito solvendo, qui residuum ab alio solutum acceptat; deinde si esset dispensatio, fieret autoritate ipsius Dei. *Ad 2. d. a.* Aliquas pœnas sibi reservat hoc modo Deus, *e. g.* pœnas ex originali peccato provenientes *C. a.* omnes *n. a.* non acceptavit orationem pro ingressu Moysis in terram S. *Ad 3. n. a.* Vivis indulgentias applicat per *viam absolutionis judiciaria generalis*, sicut

in censuris à Jure latis, quæ non exigit cognitio-
nem causæ in particulari, sed solum causam ju-
stam dantis, & purificationem conditionum ex
parte accipientis, aliter pro defunctis per *modum*
suffragii. *Ad 4. n. a.* ad prob. *d. a.* Remittebant
canonicas tantum *n. a.* consecutive saltem pœnas in
foro Dei *C. a.* nemo dicit, quod sustinens *e. g.*
pœnitentiam septem annorum ab Ecclesia injun-
ctas non etiam aliquid pœnæ deleverit in foro
Justitiæ Divinæ. *Ad 5. n. a.* Petebant per pacem
reconciliationem. hæc comprehendebat admissio-
nem ad communionem Catholicorum, ut reliqui
habebant; relaxationem pœnitentiæ nondum per-
solutæ, & consecutive remissionem pœnæ in foro
Dei. *Ad 6. n. a.* ad prob. *n. a.* Quia satisfactio-
nem in Sacramento imponendam non tollunt sine
medicinalem, sive *vindicativam* tum ob integri-
tatem Sacramento procurandam, tum quia incer-
tum, an pœnitens & quantum lucratus sit de in-
dulgentia, & quia pro dispositione ad istam re-
quiritur prævia personalis satisfactio. *Ad 7. tr.*
a. n. C. Quia propter abusus non est tollendus
usus: deinde illud *de Alexandro III.* est merum
figmentum excogitatum ab hæreticis: per *immen-*
sas Urbani II. intelliguntur relate ad multitudi-
nem peccatorum, si pro horum *singulis* separatim
satisfactiones canonicæ imponerentur. *Causæ* in
se leviores evadunt sæpe graves ex circumstantiis
finis *e. g.* cultus Sancti, commendatio benignita-
tis Matris Ecclesiæ, adjectio conditionum imple-
ndarum, articulus mortis &c. *denique* Ecclesia sæ-
pius contra quorundam abusus invecta est, ut
Conc. Lat. IV. egit contra indiscretas indulgen-
tias, *Clementina I. de privil.* prohibet severe du-
bias promulgari, *Innoc. XI.* statuit *de die semel*
tantum pro vivis posse plenariam obtineri per visi-
tationem Ecclesiarum. Ecclesia damnavit doctri-
nas

nas varias, e. g. Joan. Angeli: *Anima in Purgatorio sunt de jurisdictione Papæ &c.* Ad 8. n. a. Paulus Corinthio imposuit pœnitentiam, & post annum pœnitenti, ne tristitia nimia obrueretur, reliquum ad preces concivium donavit: *nam ego, quod donavi, si quid donavi propter vos in persona Christi.* Ad 9. tr. Quod aliqui non scripserint de indulgentiis, inde non sequitur, quod eas ignorarint, aut negarint, cum ipse Bernardus eas cruciatis prædicaverit. Aug. tantum voluit, quod remissio peccatorum à Christo sit. S. Leo loquitur de culpa & pœna æterna, quarum neutra per indulgentias remittitur. S. Cyprianus carpit 2. abusus, quod Presbyteri sua autoritate sine requisito Episcopo pœnitentias remiserint, & aliqui Martyres sine delectu indulgentias petierint etiam pro iis, qui adhuc nullam pœnitentiam egerunt. Ad 1. d. a. Modernæ sunt aliæ essentialiter n. a. accidentaliter, quod per Martyres obtentæ, sub aliis conditionibus subsidii ad expeditiones sacras &c. C. a. Cæterum

104.

Vivus non potest pro altero vivo lucrari indulgentias. Rat. 1. *Decisio* Cardinalium, quam refert Amort. *L. de Indulg.* 2. *Negativa.* Non constat, quod Deus satisfactionem acceptet alterius pro vivo, sicut potestas humana delicta punire vult in ipsa persona delinquentis juxta R. J. *delicta suos auctores tenent.* 3. *Indulgentiæ operantur ex opere operato sicut Sacramenta:* ergo sicut non potest satisfactio in Sacramento pœnitentiæ imposta impleri per alium, ut Prop. 15. ab Alex. VII. dam. ita nec indulgentia. 4. *Licet indulgentiæ defunctis applicentur per modum suffragii à vivis, quia extra statum seipsos juvandi sunt positi, ita ex adverso vivis applicantur per sententiam judicalem, quæ immediate in personam*

rei

rei fertur. 5. *Christi merita non profunt iis, qui in statu viæ constituti mereri possunt, nisi applicentur industria personali: ergo nec satisfactiones Christi, cum Card. Cajetanus contra Lutherum: Non profunt indulgentiæ iis, qui negligunt per seipsum satisfacere, sed illis solis, quorum voluntas ad satisfactionem sic est parata, quod non retardet opus, nisi impedita, seu ut Baronius ad an. 1073. indulgentiæ itaque illis communicantur, qui, quantum suppetunt vires, operantur.* Unde 6. inter 1. conditiones lucrandæ indulgentiæ est *studium propriæ satisfactionis. Si dicas 1. potest unus alteri aliquid impetrare saltem de congruo: igitur & satisfacere. 2. Potest unus pro altero solvere debitum contractum e. g. fidejussor: ergo etiam in foro Dei. 3. Exemplis SS. constat, quod partem penitentiae in Sacramento imponendæ ipsi persolverint, e. g. S. Xaverius pro milite. R. ad 1. C. a. n. C. De primo constat, non de secundo ex opere operato. Ad 2. C. a. n. C. De indulgentiis in foro Dei, ne spes talis satisfactionis augeat libertatem peccantium, & quia injuria Deo illata non est realis in damno temporali consistens, sed personalis honori illata, potest homo utile considerans acceptare alienam satisfactionem, non item Deus.* Ad 3. Non fuerunt propriæ satisfactiones ex opere operato, sed placatio iræ Divinæ per viam impetrationis. Unde à fortiori sequitur, quod *precibus hominum non possint mitigari cruciatus damnatorum, licet S. Aug. in Enchirid. scripserit: existiment, si eis placet, pœnas damnatorum certis intervallis temporum mitigari aliquatenus; manere quidem iram Dei, & damnationem, sed ut in ira sua non contineat miserationes suas, non finem dando, sed levamen interponendo; certe fabula à Criticis habetur fletus S. Gregorii M. quo à Joanne Diac. refertur Trajanum Imp. ab inferno*

L

liberalisse,

liberasse, cum ipse hic Scriptor fateatur, factum hoc ab Ecclesia Rom. non probari, ex monumentis quibusdam Anglicanis solum desumptum esse; cum *oratio de fidelibus def.* in qua de eo mentio fit, falso adscribatur S. Damasceno, Euchologia Græcorum id referentia sint corrupta, & revelatio S. Brigittæ ea de re sit contraria revelationi S. Mechtildis.

105. Q. adhuc de *sacramentali pœnitentia* 1. quandonam *circumstantiæ peccati* exponendæ in confessione? R. 1. Quando mutant speciem. 2. Quando pœnitens nescit, an non mutant speciem. 3. Quando interrogatur de consuetudine à Confessario, ut *Prop.* 58. Innoc. XI. 4. Quando circumstantia habet annexum aliquod onus e. g. reservationem, censuram. Reliquæ circumstantiæ mere aggravantes probabilius possunt omitti, ut Illshug docet cum 70. Authoribus apud Vivam & Ligorium; quia Trid. eas studiose omittit in S. 14. c. quod tamen in hujus præfatione se profitetur daturum *exactiorem & plenioram instructionem* de Sacramento pœn. & S. Th. in 4. dist. 22. q. 1. ait: *Non debet imotescere Sacerdoti quantitas culpa, quæ est ex circumstantiis quibuscunque* sc. à specie distinctis. Illa vero peccata, si potest, tenetur exponere, quæ 1. in articulo mortis vel alia justa causa tantum *in genere* exposuit. 2. A quibus tantum *indirecte* est absolutus. 3. Quorum *oblitus* est in priori confessione, & quidem statim ante Communionem, si sine incommodo queat, ut contra Amort, Collet & c. tenet communis. 4. De quibus Sacerdos necessario celebrans sine copia Confessarii solum contritionem elicit, & quidem *quamprimum* seu intra triduum, ut Trid.

Q. 2. *quomodo judicandum de peccatis?* R. 1. De 106.
 simplici peccato: Si homini alias timorato solum
 occurrat rem esse *simpliciter illicitam* sine repræ-
 sentatione generis subalterni *graviter vel leviter*,
 censendus est non peccasse graviter, cum pro ipso
 stet præsumptio bona; si, licet *in confuso*, cognovit
 speciem graviter illiciti, censendus in gravita-
 tem consensisse. 2. De peccatis *habitualiter*
perdurantibus seu habentibus tractum successivum,
 e. g. *ignorantia culpabilis* rei, cujus scientia spe-
 cialiter præcipitur, *consuetudo* peccandi, indeli-
 berate pejerandi, blasphemandi, *occafio* gravis pec-
 candi, *dilatatio* major pœnitentiæ, restitutionis fa-
 ciendæ, aut alterius obligationis implendæ vi of-
 ficii &c. tunc peccata hæc *incipiunt*, cum primum
 agnoscitur obligatio defectum corrigendi, & non
 sequitur conatus; tunc *multiplicantur* numero,
 cum post notabile tempus denuo recurrit obliga-
 tio, & rursus negligitur; in peccatis *commissionis*
indeliberatis, e. g. pejerandi, blasphemandi &c.
 juxta Palaum multiplicatio fit etiam per actus in-
 deliberatos; quia sunt liberi in causa sc. consue-
 tudine culpabili culpabiliter retenta: *extra hæc*
peccata specialia permanentiæ actus ex ignorantia
 culpabili & scientia est ejusdem speciei, & actus
 libere ex consuetudine positus, & ejus consuetu-
 do est unum peccatum juxta Gobat.

Q. 3. *quæ praxis ratione approbationis?* R. 107.
 (1. *Quivis* potest absolvere accedentes ad se in
 Diœcesin, si ab Episcopo hujus loci est approba-
 tus, in quo fit confessio. B. *Superna*. Clem. X.
 (2. *Parochus* habens approbationem vi officii seu
 à Jure cum Parochiano suo iter faciens potest hunc
 in aliena etiam Diœcesi absolvere, non vero *Re-*
ligiosus iter faciens cum concive suo. *ibid.* siqui-
 dem hic solum habet approbationem ab homine.

(3. Falsa hodie est Prop. styli veteris : *Approbatum à Jure est approbatus pro toto mundo*, cum nec Officium restrictum in uno territorio, nec Episcopus conferens Beneficium curatum scire possit, an quis sit idoneus pro aliis Diœcesibus : quare extra approbationem extraordinariam Pontificis nullus *alienum in aliena* Diœcesi absolvere potest excepto articulo mortis. (4. *Religiosi, & Moniales* iter facientes possunt absolvi, si, ut fieri oportet, indirecte secum ferant à suo Superiore regulari potestatem absolvendi, quam communicant per ipsam electionem Confessarii. (5. Approbatio *indefinite* concessa non expirat cum morte dantis, sicut nec lex, privilegium, indulgentiæ. Data *ad tempus* adveniente termino cessat, nisi prius jam cœptus sit actus confessionis, ubi censetur prorogari usque ad hujus finem. (6. Data à Jure *ad unam Parochiam*, hac cessante cessat per se loquendo approbatio, *resignans* tamen, & manens in loco resignationis uti priore solet cum consensu resignarii. (7. Parochi *finitimorum Diœcesium* ex consuetudine & tacita Episcoporum licentia absolvunt Diœcesanos utrinque. (8. Approbatio etiam studiose *per artem* obtenta, Parochi etiam solum *existimati* valet, si accedat error communis, cum Ecclesia debeat supplere defectum; non autem mere prætenfa injuste reprobati. Prop. 13. Alex. VII. (9. Sicut nullus *curatus* potest valide pro sua confessione sibi eligere Sacerdotem ab Episcopo non approbatum etiam tempore Jubilæi. Prop. 16. Alex. VII. ita ex adverso valet *indirecta*, quando Episcopus mitteret pro confessione ad Sacerdotem alias non approbatum; quod verum est etiam pro confessione *Monialium*, quæ indigent speciali approbatione. B. Gregorii XV. *Inscrutabili*.

Q. 4. *quis usus legitimus Jurisdictionis ?* R. 108.

(1. Delegare hanc potest, qui habet *ordinariam* vi officii, e. g. Episcopus, Parochus, Superior regularis in suos Regulares. (2. Delegatus *subdelegare* eandem nequit, nisi in duplici casu: si sit delegatus à Papa, ob hujus præminentem dignitatem, & si sit delegatus, ut ajunt, *ad universalitatem causarum*, seu totalitatem officii, e. g. si Parochus discedens diceret delegato: committo ipsi totam Parochiam, agat prout prudenter ei visum fuerit. (3. Jurisdictio data per se non expirat *cum morte dantis*; si *limitate* data sit, durat usque ad terminum temporis vel circumstantiæ limitantis; si *illimitate ab Episcopo*, durat usque dum revocetur à dante vel ejus successore; si communicata alicui approbato à *Parocho*, solet esse ad breve tempus, & expirat cum morte Parochi dantis. (4. Si Jurisdictio specialiter alicui detur, *intuitu Beneficii*, e. g. in casus etiam reservados, distinctione opus est; si Beneficium est *perpetuum*, durat Jurisdictio, quamdiu hoc durat; si est Beneficium *Vicarium*, & Vicarius constituitur ab Episcopo, transit etiam ad successorem Vicarii, si constituitur à Parocho, durat usque ad Parochi mortem. Hæc salvo statutorio forte peculiari.

Q. 5. *quandonam differenda absolutio ?* R. 109.

1. Non est differenda ob solam *nondum impletam* pœnitentiam. *Prop. 16. & 17. Alex. VIII.* 2. Sed quando *occasionarius*, vel *obligatus* ad restitutionem promisit executionem, & culpabiliter non stetit promisso. 3. Quando *consuetudinarius* sæpius relapsus non dat signa extraordinaria pœnitentiæ. 4. Quando Confessarius dubitat extra articulum mortis de sufficienti dispositione pœnitentis. 5. Quando stante etiam sufficienti dispositione consultius videtur

tur ad ingenerandum peccati horrorem majorem aliquantum differre.

Q. 20. Critico - Practica.

De Ordine Matrimonio & Censuris.

110. **C**um plurima ex *LL. Decretalium* in Theologia Mor. tripart. dicta sint de Ordinibus, an omnes Sacramenti rationem participant, quis sit Minister Sacramenti matrimonii &c. aliqua Qta. adjungo.

Q. 1. *qua disciplina circa continentiam Clericorum?* R. 1. In Ecclesia Græca & Latina poterant *Minorista* transire ad matrimonium, per hoc tamen si validum fuerat, amittebant ipso facto Beneficium, si quod habebant. *Rat. negativa*, quia nulla adduci potest prohibitio. 2. *Positiva* ex c. *seriatim*. 14. dist. 32. (2. *Probabilius* Subdiaconi jam ante Gregorium M. tenebantur ad continentiam, antequam hic Ordo inter majores relatus Sæc. 11. est. *Rat. Conc. Eliberit. can. 33. Placuit in totum prohibere* — Diaconis & Subdiaconis abstinere se à conjugibus. Similia habet Turonense I. Aurelianense III. &c. Innoc. I. c. 9. ad Victricium, Leo I. ep. 82. ipse Justinianus Imp. Novell. 6. c. 5. *Soli Cantores & Lectores nuptias contrabant, reliquis omnibus interdiximus.* (3. *Præj*us ordinati in majoribus non poterant iniire matrimonium licite, & in Ecclesia saltem Latina nec valide. *Rat. Innoc. I. 3us Sæcl. ante Trullanum uniuersaliter loquitur ep. 1. ad Victricium c. 4. dist. 31. Tenere debet omnis Ecclesia,*

ut

ut Sacerdotes & Levita cum uxoribus non mifceantur. S. Leo M. I. 2us Sæcl. ante Trullanum ep. 90. c. 3. ad Ruficum Ep. *Lex continentia eadem est altaris Ministris, quæ Episcopis & Presbyteris.* Idem statuit Trullanum can. 6. *Si dicat cum Tournely, Conc. Ancyræ can. 10. permisit Diaconis uxores postea ducere, si in ordinatione contestati sunt, non posse se continere. R. d. a. Hoc est, cum iis dispensavit, quia iis indigebat ob penuriam Clericorum C. a. simpliciter concessit. n. a. Pignatelli exponit To. 8. consult. 81. canonem sic: tales conjugandos separandos quidem esse ab uxoribus, sed tamen ob hoc attentatum non privandos esse ab Officio & Beneficio. (4. Prius conjugati in Latina Ecclesia semper parati sunt ab uxoribus, quibus etiam Bonifacius VIII. c. un. De voto in 6. votum annexum voluit. In Græca jam ante Gregorium M. separati sunt ab uxoribus, sed per Trullanum can. 12. & postea ab Ecclesia contumaci populo permissus est usus uxorum exceptis Episcopis. Rat. Allata testimonia ex Conc. Eliberitano, Turonensi, Aurelianensi, ex Innoc. I. & Leone I. fuerunt universalialia, & quod Siculi & Calabrienses usque ad tempora Greg. M. egere, actum illicitè. 2. Græcis nihil propterea objectum est in unione cum Ecclesia Latina. Unde sequitur: (5. *Lex continentia non est Lex Naturalis, neque Divina, sed mere Ecclesiastica vel ab Apostolis lata, vel ab eorum exemplo derivata, per consuetudinem introducta, & jam ante Siricium scriptis decretis firmata.* Ita Biner p. 5. contra Waldenses, Lutherum, & Cath. Doctorem. Rat. 1. Illa non est L. Naturalis & Divina, in qua Ecclesia dispensavit & patitur contra illam præscribi: atqui apud Græcos &c. 2. Illa Lex Ecclesiastica referenda est ad tempora Apostolorum vel iis*

proxima, cujus executio semper urgebatur, & non scitur origo posterior: talis est Lex continentiae Clericorum: 3. Ratio hujus Legis est convenientia, quæ defumitur ex S. Paulo: *qui cum uxore est, sollicitus est, ut placeat uxori, & divivus est, qui sine uxore est, sollicitus est, quæ Domini sunt.* Hinc ut Ecclesia haberet Ministros Ecclesiæ dignos & sine macula, 10. irregularitates introduxit, quos his versibus complector, 1us. irregulares *ex defectu*, 2us. *ex delicto* indicat.

III. Def. *Non lenis, natura, thorus, bigamia, ligamen.*

Del. *Ordo, Baptismus, sacra functio, criminalia, funus.*

Itaque prohibetur à susceptione Ordinum *directe*, & *indirecte* ab usu susceptorum, ac *per consequens* inhabilitatur ad Beneficia (1. *non lenis*. Defectus lenitatis incurritur per notabilem, proximam, voluntariam & autoritate publica efficacem cooperationem ad justam alterius mortem, e. g. Syndicus in processu criminali, miles in bello justo occidens non mere ad sui individui defensionem, Sacerdos criminaliter accusans furem &c. (2. *Natura* defectus, cujus judicium in dubio est penes Episcopum. (3. *Thorus* illegitimus, nisi naturalis legitimatus sit per subsequens matrimonium aut dispensationem à superiore Ecclesiastico. (4. *Bigamia* sive realis, sive interpretativa, sive similitudinaria. (5. *Ligamen* actualis matrimonii, sive servitutis, sive officii ad ratiocinia deputati. (6. Ex delicto. *Ordo* furtive sine approbatione in examine, aut ab Episcopo nominatim censurato, aut duo sacri eodem die suscepti. (7. *Baptismus* scienter, absolute, & culpabi-

culpabili
solen
vel si
(9. Cr
cite fr
lam.
pabile,
propr
ctu offic
mors à
citione

Di
omnibu
prohibe
Haretic
1. Tim
(4. Pra
que u
Presby
Cartha
uxore
ministe
(8. Ce
L. 5.
impon
unde t
res.
vel ali
cum P
duces
solis
Episc
sic
fuit
nius
proc

culpabiliter iteratus. (8. *Sacra functio* est actus solennis Ordinis majoris, quem quis non habet, vel si habet, exercet in suspensione ab Ordine. (9. *Crimina* infamantia vi legum publicata publicitate facti, aut famæ, aut gravia per sententiam latam. (10. *Furtus* est homicidium graviter culpabile, e. g. abortus procuratio, mutilatio notabilis proprii aut alieni corporis, studiosa aut ex neglectu officii secuta abbreviatio vitæ alienæ, aut mors à Clerico non satis callente Chirurgiam incisione vel aduisione procurata.

Dices cum Acatolicis 1. Matrimonium est 112.
omnibus Jure Naturæ liberum: ergo non potest prohiberi Clericis. (2. Paulus 1. *Tim.* 4. vocat Hæreticos, qui negant aliis matrimonium. (3. Idem 1. *Tim.* 3. vocat Episcopum unius uxoris virum. (4. Præcipit 1. *Cor.* 7. propter fornicationem quisque uxorem suam habeat. (5. *Can.* 6. *Apost.* Presbyter non abiciat uxorem suam. (6. *Can.* 3. *Carthag.* V. tantum jubentur Clerici abstinere ab uxore in ordine vicis suæ, cum eos ordo tangit ministerii. (7. *Sacerdotes V. T.* erant uxorati. (8. Cum Nicænum I. *ut Tournely ex Socrate*, L. 5. c. 11. *hist.* vellet Clericis legem continentiaë imponere, dissuasit hoc Patribus S. *Papbmutius*; unde tantum prohibuit, ne *subintroductas mulieres*, hoc est, concubinas domi suæ detinerent, vel alias suspectas excepta matre, sorore & amita, cum Paulus tantum dixerit, licere forores circumducere. (9. *Trullanum* permisit uxores exceptis folis Episcopis *can.* 12. imo Sinesius factus est Episcopus, licet contra continentiam protestatus sit. (10. *Cum Natal. Alexandre.* Siricius primus fuit, qui de continentia legem tulit, cum Epiphanius testetur, quod Clerici liberos suo tempore procreaverint. Tertullianus suam uxorem, quam

ante habuit, solum hortatus sit ad continentiam, quin legem aliquam allegaverit. *R. ad 1. d. a.* Est liberum illi, qui non sponte suscipit Clericatum *C. a.* aliter *n. a.* *Ad 2. d. a.* Qui negant tanquam illicitum simpliciter, à malo Deo introductum, ut Marcionistæ, Manichæi *C. a.* Clericis illicitum *n. a.* cum de solo Petro constet ex Apostolis, quod prius habuerit, quam factus Apostolus dimisit unde peccasset dicendo: *Ecce! reliquimus omnia, uxores, patrem, matrem &c.* *Ad 3. d. a.* Intelligendo hoc de actuali cohabitatione cum una tantum uxore *n. a.* ne prius fuerit Bigamus, & uno Episcopatu ceu Sponsa contentus sit *C. a.* *Ad 4.* Textus loquitur de conversis conjugatis, qui uxores volebant dimittere, & iis, qui se nequeunt continere. *Ad 5.* Canones hi supposititii sunt, & sensus est de sustentatione, ut uxores prius habitas sustentandi curam non abjiciant *C. a.* de cohabitatione *n. a.* *Ad 6. n. a.* Aug. qui interfuit, testatur, ibi omnem usum uxorum vetitum fuisse Clericis: verba Conc. non sunt allegata, sed hæc: *secundum propria statuta.* *Ad 7. C. a. n. C.* Quia Testamentum novum perfectius in Mysteriis etiam perfectiores exigit Ministros. *Ad 8. De Paphnutio* fabulam refutat Biner, quia 200. annis post Nicænum scripsit hoc Socrates & Sozomenus Novatiana hæresi infecti, cum interim 32. Scriptores nihil de hoc retulerint, & Novatiani error juxta Epiphanium *hæresi 59.* fuerit: *quæ Sacerdotio tributa sunt, ea ad omnes communiter pertinere judicant.* Deinde non dicit Conc. *sub-introducitas, sed introducitas,* quæ sunt maxime uxores, & Paulus per *sorores* intelligit pias feminas sustentantes Apostolum, ut Christum *Luc. 8. 3.* *Ad 9. Trullanum* rejectum à Sergio limites suos excessit adeo, ut ex eo tempore abusus Græcorum tolli non potuerit. Sinesius prætexuit incontinentiæ

in occa
Episcopat
Epiphani
millante

Roge
authore

1550. p

1662. co

stantiali

terrogat

tatem Cl

dimandu

scenda

affirmat

ditione,

ad exte

3. Ord

Deu,

dat infi

prestan

solent.

Episcop

Hentici

lida est

mitur p

sola im

petit

operis

minimo

contib

Eccle

lida.

beru

ex n

tiae occasionem, ut à se ex humilitate amoliretur Episcopatum. *Ad 10. n. a.* ut patet ex probatione. *Epiphanius* deplorat Clericorum facta illicita, *Terullianus* uxori dissuasit secundas nuptias.

Rogas hic, an *Ordinationes Anglicanae*, quas auctore Th. Crammero Eduardus VI. circa annum 1550. præscripsit, & postea Synodus Londinensis 1562. confirmavit, sint validæ? *tria* quippe substantialiter in iis peraguntur. 1. Ordinandus interrogatur, an credat se *vocatum esse* juxta voluntatem Christi, & constitutionem Regni? 2. Ordinandus debet juramentum deponere de agnoscenda *suprema Regis potestate* in spiritualibus, & affirmare: credo solas *Scripturas sufficere* sine traditione, paratusque sum omnem conatum adhibere ad exterminandam peregrinam doctrinam omnem. 3. Ordinans ei *imponit manus* sub hac forma: *Deus, qui hanc tibi voluntatem concessit, concedat insuper vires & facultatem ad hæc efficaciter præstanda, ut opus istud, quod incepit in te, absolvat.* R. Etsi ponatur, ordinantem esse verum Episcopum, ut saltem aliquamdiu post mortem Henrici VIII. adhuc aliqui erant, *non tamen valida est ordinatio; Rat.* Ex una parte non exprimitur per ordinationem potestas accipienda, sed sola imploratio gratiæ generalis; ex altera forma petit opem à Deo ad executionem voluntatis & operis cœpti: ergo cum hæc tantum sint exterminatio doctrinæ Romano-Catholicæ, & stabilitio constitutionis Regni, qua Rex vel Regina Caput Ecclesiæ Anglicanæ constituitur, forma est invalida.

Q. 2. *quale fuerit olim matrimonium sine benedictione Sacerdotis initum?* R. Fuit verum & ex natura sua *indissolubile, & unigamum*, adeo, ut

ut 2. Polygamia & libellus repudii probabilius per dispensationem Divinam permiffa fint. 3. Nunc autem nullo adulterio diffolvi poffit. Quod ultimum est contra Lutherum, Græcos & Launojum de Reg. Poteft. Rat. 1. In 1. institutione prædicatur de matrimonio duorum identitas, & major conjunctio, quam inter patrem & filium, Gen. 2. Jam non funt duo, fed una caro: relinquet homo patrem & matrem, & adharebit uxori fuæ. & in ratione Sacramenti ea est indiffolubilitas matrimonii, qualis inter Christum & Ecclefiam. 2. Quando Christus Marc. 10. Luc. 16. ait: qui dimiffam ducit, & qui fuâ dimiffa aliam ducit, moechantur, is juxta S. Iuftinum Apolog. 2. Tertulianum contra Marcion. Bafilium & Aug. matrimonium ad nativum & primævum ftatum reducit. 3. Polygamia teftè Tertull. L. de exhort. caft. c. 5. Hieron. & Aug. erat prohibita initio, & primus Lamech paulo ante Diluvium carpitur propter plures uxores, quando corruerat viam caro; & libellus repudii permiffus à Moyle ex concessione Divina folum est propter duritiam cordis Judæorum, cum olim non fic fuerit, Matt. 19. quare Trid. S. 24. can. 5. & 7. anathema illi, qui dixerit, diffolvi poffe matrimonium consummatum per hærefin, affectatam absentiam, moleftam cohabitationem, aut adulterium. 4. Deus debuit convenienter in prima fua institutione conjugium ita inftituere, ut fimul confuleretur propagationi hominum, & obviaretur malis facile ex contraria institutione orituris: ergo quia ex polygamia, diffolutione vinculi per adulterium, præfcindendo à circumftantiis privatis populi Judaici, oriri poffent falfe præfumptiones adulteriorum, mala fuffentatio dimifforum, amor divifus & non æqualis tum viri erga plures uxores, tum uxorum erga varios liberos, zelotypia & difcordiæ uxorum inter

ter se, mala educatio prolium &c. Patuit hoc vel inter Saram & Agar, inter proles Lia & Rachelis, postquam Abraham & Jacob per *specialem revelationem Dei* licentiam polygamiae agnovere. Unde merito Ecclesia 3. praecautiones pro matrimonii bono, & infaustis eventibus avertendis constituit, scilicet 17. *impedimenta dirimentia matrimonii*, ut sua Sacramento ac contractui sanctitas firmiter constet, & 6. *causas divortii* quoad thorum & habitationem, si matrimonium consummatum exigeret remedium, & 6. *causas dissolvendi sponsalia*, quibus forte inconsulte initis mederi ante matrimonium liceat, quae omnia 4. versibus ad memoriae facilitatem complector.

- Imp. { Error, vis, crimen, dispar, clam, 114.
 vinculus, & impos.
 Lex, sacra, cognatus, commixtio
 carnis, honestas.
- Div. Consensus, vitium, furor, haeresis,
 aeger, adulter.
- Spons. Ordo, locus, tempus, mutatio, cul-
 pa, voluntas.

1. *Error* comprehendit errorem quoad *individuum* personae, & *qualitatem* substantialem, qualis vel maxime est servitus unius proprie talis.
 2. *Vis* violentiam coactionis, metus gravis & raptus.
 3. *Crimen* adulterium cum contractu circa matrimonium, machinationem mortis cum intentione matrimonii manifestata, vel utrumque cum intentione etiam alteri non manifestata.
 4. *Dispar* disparitatem quoad Baptismum.
 5. *Clam* clandestinitatem sine Parocho proprio & 2. saltem testibus.
 6. *Vinculus* vinculum 3. lex, matrimonii actualis cum alio, professionis in religione approbata,



bata, & voti annexi ordinibus sacris. 7. *Impos* impotentiam duplicem antecedentem perpetuam ad usum matrimonii perfectum, & ætatem nec naturalem nec legalem pubertatem habentem. *Reliqua* 5. complectuntur 5. propinquitates, nempe 8. *Lex* legalem ex arrogatione. 9. *Sacra* propinquitatem spiritualem ex Sacramento Baptismi & Confirmationis. 10. *Cognatus* consanguinitatem ex generatione intra 4. gradum. 11. *Commixtio carnis* affinitatem ex copula carnali licita in matrimonio consummato usque ad 4. gradum inclusive, vel illicita perfecta extra matrimonium usque ad 2. gradum. 12. *Honestas* impedimentum publicæ honestatis ex contractu sponsalium de præfenti usque ad 4. gradum inclusive, de futuro autem usque ad 1.

115. *Causa divortii* sunt. 1. *Consensus*, hoc est mutuus utriusque conjugis; ut tamen sit *perpetuum* divortium, & *publicum* (sicut in adulterio, quæ 2^o. sola sunt ex se perpetua) accedere debet autoritas Ecclesiastica. 2. *Vitium* non quæcunque, sed grave, inducens alterum conjugem in periculum animæ vel pœnæ capitalis instar complicitis, e. g. latrocinium, furta. 3. *Furor*, sævitia ex odio capitali, dura tractatione. 4. *Heresis*, lapsus unius in illam. 5. *Æger* seu morbus unius contagiosus, e. g. lepra, lues Gallica. 6. *Adulter*, adulterium unius certo cognitum. V. Theol. Mor. tripart.

116. *Causa dissolvendi sponsalia*. 1. *Ordo* seu si pars durantibus sponsalibus ingrediatur Religionem, vel suscipiat Ordinem sacrum. 2. *Locus*, si pars discedat in locum remotum altera non monita ad tempus notabile scil. determinanda notabilitate ex circumstantiis. 3. *Tempus*, si determinatum

atum et
factus
sive mag
infamiz
rabilis,
unius sive
recta, m
6. *Volunt*
promissio
in Reg. 9
eum capi
sit. *desi*
ventio.

Dice
datur f
1. Sine
politicos
Sacramen
fia, det
colaus l
monium
nedictio
ritus ca
nedictio
1. n. a.
tractum
catam
suum h
realitati
benefic
tuali at
Matr
dum
lenore
substa
Conse

natum executioni elabi sua culpa finat, aut pubes factus utatur favore impubertatis. 4. *Mutatio* five magna in bonum five in malum unius e. g. infamiae, deformitas, morbus difficulter plene curabilis, magnae divitiae. 5. *Culpa*, uti fornicatio unius five superveniens five prior, sed nunc detecta, mala consuetudo contracta inebriationis &c. 6. *Voluntas* five mutuus consensus aequalis primae promissioni, e. g. si publice facta &c. fundantur haec in Reg. 98. ff. de V. O. *Etiam legis dispositio, si ad eum casum pervenit, in quo incipere non potuisset, definit obligare*: ergo à fortiori libera conventio.

Dices contra 1. part. C. Sine benedictione non datur forma matrimonii ut Sacramenti. p. a. 117.

1. Sine hac matrimonium est merus contractus politicus & ethnicus, *nihil habet sacrum*, quod Sacramento competat. 2. Ut sit *ratum* ab Ecclesia, debet ratificatio Ecclesiae manifestari. 3. Nicolaus I. in can. *Lotharius*. 13. q. 2. vocat matrimonium Lotharii cum Waldrada nullum, nisi benedictione Sacerdotis fuerit consecratum. 4. Evaristus can. *aliter*. 1. 30. q. 5. ait connubia sine benedictione esse fornicationes &c. R. *n. a.* ad prob. 1. *n. a.* Sacrum fit per institutionem Christi contractum elevantis ad rationem Sacramenti applicatam per intentionem contrahentium, & Baptismum fidelium, ut ait Florent. *Ad 2. d. a.* Debet ratificari per legem generalem Ecclesiae *tr. a.* per benedictionem Sacerdotis *n. a.* Licet enim in Rituali antiquissimo Curienfi verba Sacerdotis fuerint: *Matrimonium in facie Ecclesiae inter vos contractum ego auctoritate Ecclesiae Dei approbo* ☩ solennizo (quod constitutum jam matrimonium quoad substantiam clare supponit) & in veteri Rituali Constantienfi legatur: *Matrimonium per vos contractum*

tractum

tractum ego ratifico & benedico; in aliis tamen locis adhibebantur variae formulæ; & teste Pallavicino *L. 20. c. 4. Trid.* voluit, ut omnia fiant deinceps *juxta receptum cujusvis provincie ritum*, sciens, benedictionem hanc non haberi pro forma essentiali. *Ad 3. C. a.* Nicolaus sic vocat ob alias rationes, quia Waldrada erat substituta Teutbergæ primæ conjugii repudiatae, & Lotharius semper variabat in allegandis causis invaliditatis primi matrimonii, voluit, ut Lotharius in facie Ecclesiæ secundæ conjugii copularetur, & Sacerdos causam indagaret. *Ad 4. n. C.* Textus Evaristi est ex Decretalibus Isidori Mercatoris circ. 800. & *hic Pseudo-Evaristus* requirit etiam orationem biduanam, paranymphos, dotem &c. &c. quæ certe non sunt de essentia. Certe Pallavicinus *L. 22.* scribit, refutatam esse à P. Laynez opinionem illam, qua putabant aliqui, matrimonia clandestina initio Ecclesiæ fuisse quidem valida, sed circa annum 800. declarata invalida. Ergo ante *Guilielmum Paris.* 1249. nostra sententia erat communis.

118. *Dices contra 2. p. C.* Nec polygamia, nec libellus repudii fuit ex dispensatione Dei. *p. a. 1.* Deus non potest dispensare in Jure Naturali: ergo si unigamia & indissolubilitas sunt Juris Naturæ &c. 2. *Libellus repudii* erat solum divortium quoad thorum, non quoad vinculum, tum quia alias uxor repudiata potuisset ducere alium virum, tum quia fuit alia repudiatio, quam fuit olim initio: ergo quia initio fuit licita quoad vinculum &c. 3. Dimissa uxor nunquam potuit redire ad 1. virum, si interea nupsit alteri, & hic mortuus est, vel eam rursus repudiavit; ergo 1. non fuit solutum vinculum. *p. C.* Ideo non potuit redire ad 1. virum, quia Deut. 24. dicitur *polluta, & abominabilis*, scilicet, quia durante
1. vin-

1. vinculo alteri nupsit. 4. Erasmus, Launojus &c. *adhuc hodie Judæis* defendunt libellum repudii licitum propter fornicationem. *R. n. a.* ad prob. 1. *d. a.* Deus non potest dispensare in J. Naturali quoad ea, quæ sunt *intrinsece mala*, dispensatione *propria*, & non *cavendo* malis inde orituris *C. a.* in aliis & improprie, ac per auxilia præcavendo malis *n. a.* improprie dispensat, quia mutat prius materiam legis, dando homini jus communicabile pluribus conjugibus, & ut supremus Dominus avertit mala, quæ inde oriri possent ordinarie. *Ad 2.* Quamvis multi hoc defendant, probabilius tamen *n. a.* quia Deut. 24. textus vocat dimissam *uxorem alterius*, non vero adulteram juxta Leges olim lapidandam, vocat secundum virum *alterum maritum*: forma libelli apud Tournelium à Scribis conficiendi erat: *Dedi scbedam abscissionis, signaculum divisionis, ut duci possit ab omni viro juxta constitutiones Moysi*; neque initio licita fuit repudiatio. & hoc defendunt Bellarminus, Sanchez, Tournely &c. *Ad 3. C. a. n. C.* Non poterat redire ad 1. virum, quia alias ob spem recuperandi nimium multiplicatæ fuissent repudiationes, aut visæ fuissent magis ad formam, quam serio factæ: repudiata post alterum maritum dicitur *polluta, abominabilis* vel *legaliter*, sicut per tactum mortui, vel 2do repudiata *incorrigibilis*, vel in pœnam primi adulterii, quo 1. viro facta est *infidelis*, cujus memoria facile recrudesceret. Unde à 2do viro repudiata comparatur à Jeremia c. 3. similis populo Israëlítico sapius Deo foedifrago; & hæc repudii aut polygamix permissio fuit juxta Bellarminum etiam Gentilibus concessa, alias Esther non nupsisset Asueto, nec Jacob vidisset eam in domo Laban. *Ad 4.* Male defendunt, quia postquam jus illud communicabile pluribus Christus sustulit, est Jure

Naturæ invalidus actus. *Polygamia vero successiva* ad secundas, quartas & ultiores nuptias est omnino licita; quippe Paulus illimitate 1. Cor. 7. ait: *Si dormierit vir ejus, liberata est: cui vult, nubat*; quod ob identitatem rationis etiam de viris intelligendum: confirmant hoc tria Conc. Nicænum 1. can. 8. Laodicenum can. 1. Florentinum *decr. Armen* & LL. Civiles statuentes pœnam in Bigamos correctæ sunt à J. Canonico, c. 4. & *fin. de 2. nupt.*

119. Q. 3. *quenam judicia formanda de censuris?*
 R. Cum aliqua *generalia*, aliqua in *casu particulari* formanda veniant, 1. damnata est Prop. in *Quesnello Prop. 90.* cum Richerio, quod *censura* debeat ferri à *tota Ecclesia*, etiam Laicos complectente: sic evaderet impossibilis, cum informatio ad omnes facienda nimio tempore indigeat, & *peffimus* quisque semper impunitatis patronos reperiturus sit. 2. *Communi* repugnat opinio P. Antoine: *Ignorantia simplex pœnæ per L. generalem lata non excusat à censura.* Rat. *Censura* omnis supponit contumaciam, & quidem determinate contra Ecclesiam: ergo cum ignorans pœnam & L. Ecclesiasticam non sit contumax, 3. *Ignorantia crassa & supina* non excusat à censura simpliciter lata Bonifacius VIII. c. 2. de constit. in 6. *Ut animarum periculo obvietur, sententiis per statuta quoruncunque Ordinariorum prolatiis volumus ligari ignorantes, dum tamen eorum ignorantia crassa non fuerit, aut supina: imo crassa excusat ab iis censuris, quibus additur: qui præsumpsit, qui scienter, temerarie audens fecerit.* Certe jam olim Ecclesia monitione S. Petri Dam. benignior facta in ferendis censuris, quæ ad 200. jam ascenderant. 4. *Peregrinus* transiens locum latæ censuræ e. g. *excommunicatus sit, qui habitum*

tum sui sexus mutaverit, authorem criminis, quem scit, non detexerit &c. non incurrit censuram, nisi prius monitus obedire contempserit, sicque forum delicti contumacia contraxerit, ut Collet &c. quippe aliud est e. g. peccare non detegendo authorem mali, & aliud, ideo excommunicari, cum hoc primario afficere subditos præsumatur; propter subditos tamen tenetur transiens interdictum locale servare. 5. Similis limitatio facta pariter est ob *atatem*, *sexum fragilem* &c. cum percussio Clerici ab impubere, sene, foemina facta, etsi mortalis in conscientia, habeatur tamen pro levi ab Episcopo solvenda. 6. Similis propter metum gravem injuste incussum, nisi directe incussus esset ad agendum aliquid in contemptum Religionis Cath. ut docent Authores communiter, aut communicandum cum excommunicato in crimine criminoso, propter quod alter excommunicatus est. V. tit. 39. L. V. *Decretal. de sent. Excom.* & B. Martini V. *ex Conc. Const.* qui non toleratos ad 2 solum species reduxit. Si dicas: Ecclesia initio fuit nimis severa erga hæreticos, & apostatas. R. n. a. Aliter sentiet, qui eorum contumaciam & malitiam perpendit, e. g. omnes seve, ut securius seducerent, mentiebantur sanctitatem & severitatem vite. Hoc testatur Origenes de Marcionistis, Epiphanius de Apollinari, Hieron. de Vigilantio, Paulinus de Pelagio, S. Leo de Manichæis &c. Dogmata sua clancularie spargebant, maxime per foeminas dein disseminanda, e. g. Ariani conventicula privatissima celebrabant, tum Arius teste S. Ephiphanio 700. foeminas in unum coëgit: Priscillianistarum L. fuit: Jura, perjury, secretum prodere noli, latibula Hugonotti in Gallia quærebant, Eunomiani similiter, dum interim Montanus Priscam & Maximillam, Donatus Lucilianam, Pelagius Demetriadem circumduceret. Paulus

Ius Samosat. Zenobiam, Eusebius Nico. Eusebiana Imp. Theodorus Cæs. Theodoram Imp. errore infecit. Præterea mores reformare, & ascetism puriorem introducere simulabant, e. g. Montanistæ sprevere Ecclesiam nostram velut laxiorem, Novatiani desebant doctrinam collapsam, Tho. Waldensis Wicleffista Ethicem puriorem, & saniozem Theologiam semper in ore habebat, Lutherus assidue: *meus est Augustinus*, Calvinus autem ex adverso clamabat: *meus est*, ut cum diversissima S. Doctor Aug. scripsisset, facile cuivis esset, etiam locum aliquem sibi applicare &c. *Insuper familiare iis erat, dum corrigebantur, se non intelligi clamare, & dum cladem acceperunt, victoriam canere, e. g. sic dum Zosimus damnavit Pelagium & 5. Prop. Cælestii, clamavit Julianus Eulamenfis, dum Innoc. II. damnavit indiculum errorum Abailardi à S. Bernardo compositum, reclamavit Berengarius, dum Martinus V. damnavit Wicleffistas, reclamavit Waldensis &c. Denique ut suos errores tutius spargerent, alias hæreses impugnabant, bonos infamibus libellis impetebant, & impugnantibus silentium imponi postulabant, non ut etiam ipsi promissum silentium servarent, sed in pace se armarent. e. g. Ariani vi maxima detonabant in Novatianos; Nestorius diu visus est mastix hæreticorum; Pseudomonachi Scythæ oderant aperte Nestorium; Arius petiit silentium indici Alexandro Patriar. Alex. Rufinus offert pacem Hieronymo, si fileat; Monothelitæ cum Troilo S. Maximi linguam petiere scil. Abb. an. 662. sub Heraclio eorum opera ærumnis extincti &c. &c.*

120. Q. 4. *quid in casu privato agendum in casu censura?* R. I. Attendendum, an *censuratus* excusari nequeat per ignorantiam, metum, aetatem, aut impedimentum adeundi personaliter

Ponti-

Pontificem vel Episcopum. 2. *Clericus suspensionem incurrens* petat quamprimum absolutionem; interea alium constituat pro functionibus obeundis, *tria interim observans*; nempe si à functione sine nota *infamiae* vel scandali occulte suspensus abesse nequeat, obeat officium, deinde sciat, suspensum *non denunciatum* valide exercere actus prohibitos excepta electione, imo etiam licite ad justam petitionem aliorum, dummodo se sponte non ingerat; denique suspensum *denunciatum* obire actus Jurisdictionis invalide, nisi causa urgentissima eos justificet; ab eo tamen canonicam electionem solum invalidari tunc, quando ejus votum complet numerum requisitum. 3. *Si durante interdicto locali* aliquis moreretur, advertat ad sequentia. Si *cœmeterium* solum sit interdictum, sepeliri poterit in templo; si *templum* interdictum, adeoque per connexionem etiam cœmeterium, & mortuus dedit *causam interdicto*, post mortem tunc absolvi potest & debet, quando ante mortem dedit signa pœnitentiæ, & in alio loco sacro vicino sepeliri; mortuus autem durante interdicto *non dans causam* interdicto debet vel in alio sacro loco sepeliri, vel ejus corpus calce bene perfusum in sandapila bitumine oblita in angulo cœmeterii aut alibi reponi, ac cumprimis curari, ut per Episcopum mature tollatur interdictum. 4. *Excommunicatus occultus* & non viandus sepelitur ut alii ad parcendum famæ; *notorius*, si signa pœnitentiæ ante mortem dedit, solet prius corpore aut tumba per virgam percussa absolvi, ac sepeliri ut alii; alii *notorii non dantes signa* pœnitentiæ sacra sepultura excluduntur. Censuras notiores adduco.



Suspensiones.

1. Ordinatio recepta ab Episcopo alieno sine dimissoriis.
2. A suo sine titulo. *c. neminem. & sanctorum. dist. 70.*
3. Per saltum omisso inferiore Ordine. *Trid. S. 23. c. 14.*
4. In censura. *c. cum illorum. de sent. excom.*
5. Parochus jungens sponfos alienæ Parochiæ. *Trid. S. 24. c. 1.*
6. Celebrans sine Communione. *c. Episcop. de privil. in 6.*
7. Simonia in ordinatione commissa. *Extrav. Paul. II. b. t.*
8. Jungens sponfos sine denuntiationibus. *est ferend. sent.*

Interdicta.

1. Dantes causam interdicto locali. *c. 16. de sent. Excom. in 6.*
2. Celebrantes in loco interdicto. *c. Episcop. de privil. in 6.*
3. Fornicarii in sacris constituti. *c. si qui. dist. 81.*
4. Alienantes bona Ecclesiæ sine debita forma. *Extrav. ambitiosa. de reb. Eccl. non cōc.*

Excommunicationes non reservata.

1. Contrahentes in gradu prohibito. *Clem. un. de consang.*
2. Sepelientes mortuos in interdicto. *Clem. 1. de sepult.*

3. Sepe-

3. Sepelientes hæreticos in loco sacro. c. 2.
de hæret. in 6.
4. Trahentes & retrahentes fœminas à Monasterio. *Trid. S. 25. c. 18 regular.*
5. Extorquentes absolutionem à censura. c. 1.
bis, qua vi. in 6.
6. Fovens usuras Magistratus, aut cogens ad matrimonium.

LECTOR

Errata

sic corrige.

Pag. - - lin.

42. — 14. tanquam principium — tanquam principio.
 66. — 8. *Scriptura voluerit* — *Scriptura latere voluerit.*
 71. — 11. *duæ Eucharistia* — — duo *Eucharistia.*
 72. — 23. *Nec sunt plura.* — — *Hæc sunt plura.*
 85. — 26. *extra uterum* — — *intra uterum.*
 — — 28. *in hoc statu habet* — *in hoc statu non habet.*
 103. — 7. *fit circulus* — — — *fit circulus.*
 141. — *fin. duntaxat materiam* — *duntaxat memoriam.*
 147. — 25. *dicit* — — — *dicit S. Hieronym.*
 152. — 2. *aliisque* — — — *aliique se opposuere.*

1. The first part of the book is devoted to a general
 2. description of the system of the human mind.
 3. The second part is devoted to a description of the
 4. various faculties of the human mind.
 5. The third part is devoted to a description of the
 6. various passions of the human mind.
 7. The fourth part is devoted to a description of the
 8. various virtues of the human mind.
 9. The fifth part is devoted to a description of the
 10. various vices of the human mind.

LECTOR

1. The first part of the book is devoted to a general
 2. description of the system of the human mind.
 3. The second part is devoted to a description of the
 4. various faculties of the human mind.
 5. The third part is devoted to a description of the
 6. various passions of the human mind.
 7. The fourth part is devoted to a description of the
 8. various virtues of the human mind.
 9. The fifth part is devoted to a description of the
 10. various vices of the human mind.

